nec oĩa fiãt. Celũ ⁊ terra trãsibũt. v̄ba autẽ
mea nõ trãsibũt. Attẽdite. L. aũt vob ne for
te grauent corda vr̄a crapula ⁊ ebrietate ⁊ cu
ris hui⁹ vite. ⁊ supueniat sup vos repẽtina
dies illa. Tanq̄ enĩ laqus supueniẽt ĩ oẽs
q̄ sedent sup faciẽ oĩs terre. De. M. die. R.
aũt et hora illa nemo scit neq̧ angeli celoꝝ
neq̧. R. fili⁹ nisi sol⁹ pater. Sicut autẽ. L.
xvij. fuit in dieb⁹ noe ita erit in dieb⁹ aduen
tus. M. filij hoĩs. Sicut enĩ erãt ĩ dieb⁹ di-
luuiũ ꝯmedẽtes ⁊ bibẽtes. nubẽtes et nuptui
tradẽtes. edebãt. L. et bibebãt et vxores du
cebãt/et dabãt ad nuptias vsq̧ ad eũ diem
in q̄ intrauit in arcã noe. et nõ ꝯgnouerũt do-
nec venit diluuiũ ⁊ tulit ⁊ pdidit. L. oẽs
M. Ita erit aduent⁹ filij hoĩs. Silr. L.
sicut factũ est ĩ dieb⁹ loth edebãt ⁊ bibebãt
emebãt et vẽdebãt. plantabãt et edificabãt
Qua die ãt exiuit loth a zodomis pluit dñs
min⁹ ignẽ ⁊ sulphur de celo. et oẽs pdidit.
Sm̄ h̄ erit qua die fili⁹ hoĩs reuelabit. ĩ die
illa q̄ fuerit in tecto ⁊ vasa ei⁹ ĩ domo ne de
scẽdat tollere illa. Et q̄ in agro silr nõ rede-
at retro. Memores estote vxoris loth. Qui
cũq̧ q̄sierit aĩaꝫ suã saluã facere pdet illam
Et q̄cũq̧ pdiderit eã viuificabit illã. Di-
co. L. vob. M. In illa nocte erunt duo in
lecto. vn⁹ assumet et alter relinquet. Duo e-
rũt molẽtes in vnũ in. L. mola vna assume
tur ⁊ altera relinq̄tur. Duo ĩ agro vn⁹ assu
met ⁊ alter relinq̄t. Rñdẽtes dicũt illi Ubi
dñe. Qui dixit illis Ubicũq̧ fuerit corpus
illic ꝯgregabũt ⁊ aq̄le. Uigilate. L. xxi. ita
q̧ oĩ tpe orãtes vt digni habeamĩ fugere
oĩa ista q̄ futura sunt ⁊ stare añ filiũ hoĩs

De vigilia ⁊ oratõe

M. xxiiij. R. xiij. L. xij. Ca. cxxxv

Uidete. R. vigilate et orate nescitis
enĩ qñ tpus sit. Sicut enĩ hõ q̄ pe
gre pfect⁹ reliq̄t domũ suã. ⁊ dedit
seruis suis potestatẽ cuiuscũq̧ operis. ⁊ ia
nitori p̄cepit vt vigilaret Uigilate ergo ne
scitis enim qñ dñs domus veniat sero an
media nocte. an gallicãtu an mane. Ne cũ
venerit repente inueniat vos dormientes.
Quod aũt vobis dico omnib⁹ dico. vigila
te. Sint. L. lumbi vestri p̄cincti ⁊ lucerne
ardentes in manib⁹ vestris. Et vos similes
hominib⁹ expectãtib⁹ dominũ suũ quãdo
reuertat a nuptijs. vt cũ venerit et pulsaue
rit cõfestim aperiãt ei.
Beati sunt serui illi q̄s
cũ venerit dñs inuene
rit vigilantes. Amẽ di
co vob q̧ p̄cinget se et
faciet illos discũbere ⁊ trãsiẽs mĩstrabit illꝭ
Et si venerit ĩ scd̄a vigilia et si ĩ tercia vigi-
lia venerit et ita inuenerit. Beati sunt serui

Pñt hec intelligi dicta diuersis vici bus licet sonẽt.

Pñt hec intelligi posita per reme-morationem.

filii. Vigilate. M. ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit Hoc. M. autem. L. scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret/ vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati quia qua hora non putatis filius hominis veniet. ¶ Ait. L. autem ei Petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam an et ad omnes? Dixit autem dominus. Quis putas est fidelis dispensator et prudens quem constituit dominus super familiam suam ut det illis cibum in tempore. in tempore. L. mensuram tritici? Beatus ille servus quem cum venerit dominus invenerit sic facientem. Amen. M. L. dico. M. vobis. super omnia bona que possidet constituet eum. Si. M. autem L. dixerit malus ille servus in corde suo. moram facit dominus meus venire et ceperit percutere conservos suos pueros L. et ancillas et edere et inebriari. manducet autem et bibat cum ebriosis. Veniet. L. M. dominus servi illius in die qua non sperat. et hora qua nescit. et dividet eum partemque eius cum infidelibus ypocritis. M. ponet. Ibi erit fletus et stridor dentium. Ille. L. autem servus qui cognovit voluntatem domini sui et non se preparavit et non fecit secundum voluntatem eius plagis vapulabit multis. Qui autem non cognovit et fecit digna/plagis vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est multum queretur ab eo. et cui commendaverunt multum plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terram. et quid volo nisi ut accendatur. Baptismo habeo baptizari. et quomodo coartor usque dum perficiatur. Putatis quia pacem veni dare in terram. non dico vobis sed separationem. Erunt ex hoc quinque in una domo divisi. tres in duos et duo in tres. Dividetur pater in filium. et filius in patrem suum. Et mater in filiam et filia in matrem. Socrus in nurum suam et nurus in socrum suam.

De decem virginibus et de decem talentis et de modo iudicii

M. xxv. Capitulum centum.

Tunc simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue et quinque prudentes sed quinque fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso dormitaverunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille et ornaverunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere venit sponsus et que parate erant intraverunt cum eo ad nuptias. et clausa est ianua. Novissime vero veniunt et relique virgines dicentes. Domine domine aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis. Nescio vos. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Sicut enim homo peregre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. et uni dedit quinque talenta. alii duo. alii vero unum. unicuique secundum propriam virtutem. et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat et operatus est in eis et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat abiit et fodit in terram pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum et posuit rationem cum illis. Et accedens qui quinque talenta acceperat obtulit alia quinque talenta dicens Domine quinque talenta tradidisti mihi. ecce alia quinque talenta superlucratus sum. Ait illi dominus eius Euge serve bone et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat et ait. Domine duo talenta tradidisti mihi. ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serve bone et fidelis/quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam intra in gaudium domini tui. Accedens autem et qui unum talentum acceperat. ait. Domine scio quia durus es. metis ubi non seminasti. et congregas ubi non sparsisti. Et timens abii et abscondi talentum tuum in terram. Ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius dixit ei. Serve male et piger sciebas quia meto ubi non semino. et congrego ubi non sparsi. oportuit ergo te pecuniam meam committere nummulariis. et veniens ego accepissem utique quod meum est cum usura. Tollite igitur ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta. omni enim habenti dabitur et abundabit. ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur ab eo. et inutilem servum eiicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus et stridor dentium. ¶ Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo. tunc sedebit super sedem maiestatis sue et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab hedis. et statuet oves quidem a dextris. hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim et dedistis mihi manducare. sitivi et dedistis mihi bibere. hospes eram et collegistis me. Nudus

erā et coopuistis me. infirmus ⁊ visitastis me. In carcere erā ⁊ venistꝭ ad me. Tūc rēspondebūt ei iusti dicētes. Dñe qñ te vidimꝰ esuriētē ⁊ pauimꝰ. sitientē ⁊ dedimꝰ tibi potū? Qñ autē te vidimꝰ hospitē ⁊ collegimus. Aut nudū ⁊ coopuimus te? Aut qñ te vidimus infirmū aut in carcere/ ⁊ venimus ad te? Et rñdens rex dicet illis. Amē dico vob. q̃zdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis mihi fecistis. Tūc dicet ⁊ his q̄ a sinistris eiꝰ erunt. Discedite a me maledicti in ignē eternū q̄ paratꝰ ē diabolo ⁊ angel' eius. Esuriui eni ⁊ nō dedistꝭ mihi mādūcare. sitiui ⁊ nō dedistꝭ mihi potū. hospes erā ⁊ nō collegistis me. Nudꝰ ⁊ nō opuistis me. Infirmꝰ ⁊ ī carcere ⁊ nō visitastis me. Tunc rñdebūt ei ⁊ ipi dicentes. Dñe qñ vidimꝰ te esuriētē aut sitiētem aut hospitē aut nudū aut infirmū aut ī carcere ⁊ nō mīstrauimꝰ tibi. Tūc rñdebit ill' dicens. Amen dico vob q̃zdiu nō fecistis vni de minorib; his nec mihi fecistis. ⁊ ibunt hi ī suppliciū etnū. Iusti āt ī vitā etnā.

De modo christi in docēdo. L. xxi. ⁊ de obstinatōe iudeoꝝ. J. xii. Capitulū. cxxxv.

Erat. L. aūt in dieb; docēs in templo. noctib; vero exiens morabat᷑ in monte q̄ vocatur oliueti. Et oīs popülꝰ manicabat ad eū venire in tēplo audire illū. Cū. J. autē tanta signa fecisset corā illis nō credebāt in eū vt sermo ysaie ꝯpleretur quē dixit. Dñe q̄s credidit auditui nostro ⁊ brachiū dñi cui reuelatū ē? Propterea non poterāt credere q͛ iterꝝ dixit ysaias Excecauit ocl'os eoꝝ et indurauit cor eorū vt nō videant ocul' et intelligāt corde ⁊ ꝯuertant᷑ ⁊ sanem eos. Hec dixit ysaias qñ vidit gloriā eiꝰ et locutꝰ est de eo. Uerūtamē ex pncipib; multi crediderūt in eū. sed ppt̄ pharīseos nō ꝯfitebant᷑ vt de synagoga nō eijcerent᷑. Dilexerūt eni gl'iam hoīm magis q̃z gl'iaz dei. Jesus aūt clamauit ⁊ dixit. Qui credit ī me nō credit in me sz ī eū q̄ misit me Ego lux in mūdū veni vt oīs q̄ credit in me in tenebris nō maneat. ⁊ si q̄s audierit ꝟba mea et custodierit ego nō iudico. Nō eni veni vt iudicē mūdū sz vt saluū faciaz mūdū. Qui spernit me et nō accipit verba mea. habet q̄ iudicet eū. Sermo quē locutꝰ sū ille iudicabit eū ī nouissimo die. quia ego ex meipō nō sum locutꝰ. sz q̄ misit me pater ipē mihi mādatū dedit q̄d dicā ⁊ q̄d loquar. Ego scio q͛ mādatū eiꝰ vita etna ē Que ḡ ego loq͛ sic dixit mihi pr̄ sic loquor

Et potest hoc intelligi positū hic per rememoratōem q̄ sequit᷑ ad ea q̄ christus dixit ante sex dies pasce

De festo azimorum appropinq̄nte. M. xxvi. R. xiiii. L. xxii. J. xiii. Capitulū. cxxxvi.

Appropinq̄bat. L. aūt dies festus azimorū q̄ dicitur pasca Erat R. aūt pasca et azima post biduū. Et. M. factū ē cū ꝯsummasset iesus ꝟmōes hos omēs dixit discipul' suis. Scitis q͛ pꝰ biduū pasca fiet. ⁊ filiꝰ hoīs tradet᷑ vt crucifigat᷑? Tūc ꝯgregati sūt pncipes sacerdotū et seniores ī atriū pncipis sacerdotū q̄ dr caypbas. ⁊ ꝯciliū fecerunt. Et. R. q̄rebant. L. sūmi sacerdotes ⁊ scribe quō eū dolo tenerēt ⁊ occiderēt. timebāt. L. ꝑo plebē. Dicebāt. M. R. aūt. nō ī die festo ne forte tumultꝰ fieret ī pplo. Intrauit. L. aūt sathanas in iudā q̄ cognomiatur scarioth vnū de duodeci. Tūc. M. abijt. R. L. vnꝰ de duodecim ad pncipes sacerdotū ⁊ summos. R. sacerdotes vt pderet eum illis. Et. L. locutꝰ ē cū pncipibus sacerdotū ⁊ magistratib; queadmodū illū traderet eis. ⁊ ait. M. ill'. Quid vultꝭ mihi dare ⁊ ego vob eū tradā? Qui. R. L. audiētes gauisi sunt ⁊ pmiserūt. ⁊ pacti. L. sunt pecuniā illi dare. At illi ꝯstituerūt ei triginta argenteos et spopōdit Et. M. exinde. R. L. q̄rebat oportunitatē vt eū oportune R traderet sine. L. turbis. Ante. J. diē festuz pasce sciēs ihs q͛ venit hora eiꝰ vt trāseat ex h mūdo ad prem. cū dilexisset suos qui erāt in mūdo in finē dilexit eos.

Hec est dies mercurij ante diē veneris sanctam

Tercia pars principalis huius cōtextus de egressu passionis et resurrectōis christi.

De missione petri et iohis prima die azimoꝝ quā Johānes vocat añ festū pasce. M. xxvi. R. xiiii. L. xxii. J. xiii. Cap. cxxxvii.

Hec est dies iouis in cuꝰ vespere fiebat esus agni. ⁊ hec vocat᷑ prima dies azimorū

PRima. M. R. antē die azimorum quādo. R. pasca imolabat. in qua L. necesse erat pasca occidi. Accesserūt. M. discipuli ad iesum. et dicunt M. R. ei. Quo vis eamus et paremꝰ tibi vt mā duces pasca? Et mittit ex discipulis suis petr. L. et iohannē dicens. Eūtes parate nobis pasca vt manducemꝰ At illi dixerūt Ubi vis paremꝰ? Et dixit ad eos. Jte M in ciuitatē. R. ad quendā. M. Ecce. L. introeuntibus vobis in ciuitatē ocurret vobis homo amphorā aque portās. seqmini eū in domū in quam intrat. et dicetis prīfamilias domꝰ. Dicit tibi mgr̄. Tēpus M. meum prope est. apud te facio pasca. vbi. R. est refectio mea? Ubi. L. est diuersorium vbi. L. R. pasca cū discipulis meis māducem? Et ipse ostendet cenaculū magnū stratum. et ibi parate. Et. R. abierūt discipuli eius et venerūt ī ciuitatē. Euntes. L. R. autem inuenerūt sicut dixit illis iesus. et parauerūt pasca. Uespe. R. aūt facto venit cū duodecim. et. L. cum facta esset hora discubuit. et duodecim apl'i cum eo.

Hic fuit esus agni

De ablutōe pedū

Joh. xiii. Capitulū. cxxxviii

ET cena facta cū diabolus iā misisset ī cor vt traderet eū iudas symonis scharioth. sciens quia om̄ia dedit ei pater in manus. et quia a deo exiuit et ad deū vadit. Surgit a cena et ponit vestimenta sua. et cū accepisset linteū p̄cinxit se. Deinde misit aquā in peluim et cepit lauare pedes discipuloꝝ suoꝝ. et extergere linteo quo erat p̄cinctus. Uenit ergo ad symonē petrū. et dicit ei petrus. Dn̄e tu mihi lauas pedes. Rn̄dit iesus et dixit ei. Quid ego facio tu nescis mō/scies aūt postea. Dic ei petrꝰ. Non lauabis mihi pedes in eternum. Respōdit ei iesus. Si nō lauero te nō habebis partē mecū. Dicit ei symon petrꝰ. Nō tm̄ pedes sed et manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus ē nō indiget nisi vt pedes lauet sed ē mūdus totus. et vos mūdi estis sed nō oēs. Sciebat nāq̄ quisnā esset q traderet eū. ppterea dixit. nō estis mūdi oēs Postq̄ ergo lauit pedes eoꝝ accepit vestimēta sua. et cū recubuisset iterū dixit eis. Scitis qd fecerī vobis? Uos vocatis me mgr̄ et dominē et bn̄ dicitis. Sum eteni. Si ergo ego laui pedes v̄os dominꝰ et magister. et vos debetis alter alterꝰ lauare pedes. Exemplū eni dedi vobis vt queadmodū ego feci vobis ita et vos faciatis. Amē dico vob/nō ē seruꝰ maior dn̄o suo. neq̄ apostolꝰ maior eo qui misit illū. Si hoc scitis beati eritis si feceritis ea.

De sacramēti institutōe.

M. xxvi. R. xiiii. Luce. xxii. Capitulū cxxxix.

ET M. discūbentibus. R. eis et manducantibus ait Jesus. Desiderio. L. desideraui hoc pasca manducare vobiscū anteq̄ patiar. Dico eniꝫ vobis /quia ex hoc nō māducabo illud donec impleat in regno dei. ¶ Cenantibus. M. autem illis Accepit iesus panem gratias. L. egit et bn̄dixit. M. et fregit. M. L. deditq̄ discipulis suis et ait. Accipite. M et comedite. hoc. M. ē L. corpus. R. meū qd pro vobis tradet. hoc facite in meā cōmemoratōem. Silr̄ et calicez postq̄ cenauit accipiens. M. gratias egit et dedit illis dicēs. Accipite. L. et diuidite inter vos. et bibite M. ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti. Hic. L. est calix nouū testamentū in meo sanguie. L. q pro vobis et. M. p multis effundet in remissionē peccatoꝝ. Dico aūt vobis q̄ nō bibā amodo de hoc genimine vitis vsq̄ in diē illū cum illud bibam nouū vobiscū in regno patris mei dei. R. Et biberūt ex eo omnes

Videt intelligendum q cena agnī fuerit alia cena vel eadem discontinuata per pedū lotiones vt intelligitur per dictū iohānis.

De predictōe negationis petri. et questione discipuloꝝū.

M. xxvi. R. xiiii. L. xxii. J xiii. Cap. cxl.

TUnc. M. L. dixit illis iesus. Omnes vos scandalū patiemini in me ī ista nocte. quia scriptū est. Percutiam pastorem. et dispergentur oues gregis Sed postq̄ resurrexero precedaz vos in galyleā. Respondens autem Petrus ait illi. Et si omnes scādalizati fuerint in te. ego nūq̄ scādalizabor. Et. M ait illi iesus. prꝰq̄. R. gallꝰ bis vocē dederit ter

Intelligenda ē trina negatio Petri velut vna negatio continuata que incepit antequam

me ees negaturꝰ. Amen M. dico tibi. qꝛ ĩ hac nocte anteꝗ̃ gallꝰ cantet ter me es negaturus. At. R. ille ampliꝰ loq̄bat. Et. M. si. R. oportuerit me mori tecū te nõ negabo. Silr̄ ꝛ oẽs discipuli dixerūt. Nõ I. de oībꝫ vobis dico. Ego scio q̄s elegerim. sed vt adimpleat̄ scriptura. Qui mãducat panẽ meum leuabit ꝯ me calcaneū suum. Amẽ

gallus cantaret. et sic intelligūt euangeliste trinã negationẽ factam anteꝗ̃ gallꝰ cãtaret. sꝫ cõsummata est ante secundū gallicãtū. vt ponit marcus. nec ꝯ̄pugnat ꝙ christus vtrūq̄ dixerit nūc vt marcꝰ põit de his. nunc vt alij ad maiorẽ exaggerationem.

amen dico vobis priꝰ ꝗ̃ fiat vt cū fuerit factū credatis qꝛ ego sum. Amen amen dico vobis. q̄ accipit si quẽ misero me accipit. q̄ aūt me accipit/accipit eū q̄ me misit. Cū h̄ dixisset iesus turbatꝰ est spū. ꝛ ꝓtestatꝰ ẽ et dixit. Amen. I. R. dico vobis qꝛ vnus ex vob̄ me tradet q̄. R. mãducat mecum. Aspicientes. I. ḡ adinuicẽ discipuli hesitãtes de quo diceret. Et. M. ꝯtristati. R. valde ceperūt singuli dicere. Nunq̄d ego sum dñe? At ille rñdens ait. Unꝰ. R. ex duodecim. q̄ M. itingit. R. mecū manū ĩ parapside M. in catino. R. hic me tradet. Filiꝰ q̄dem hoīs vadit sicut scriptū est de illo. Ue aūt homini illi ꝑ quẽ filiꝰ hoīs tradet̄. Bonū erat ei si natus nõ fuisset homo ille. Respõdens. M. aūt iudas q̄ tradidit eū dixit. Nunquid ego sū rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Erat I ergo recūbens vnꝰ ex discipul̄ eius ĩ sinu iesu quẽ diligebat iesus. Innuit ḡ huic symon petrus. ꝛ dixit ei. Quis est de q̄ dicit? Itaq̄ cū

Intelligendū ẽ q̄ Iohãnes propinquus iesu inclinauit faciẽ suã ad faciẽ iesu. ipsū familiariter ꝛ silent̄ interrogãs cui christus submisse rñdit

recubuisset ille sup̄ pectus iesu dicit ei. Domĩe q̄s est? Rñdit iesus. Ille ẽ cui ego intinctū panẽ porrexero. Et cū intinxisset panẽ dedit iude symõis scariothis. Et post buccellã tunc introiuit in eū sathanas. Et dic̃ ei iesus. Quod facis fac citius. Hoc aūt nemo sciuit discūbentiū ad q̄d dixerit ei. Quidam enĩ putabãt qꝛ loculos

Dixit hoc permittendo non iubẽdo nec scelꝰ aperiẽdo.

hẽbat iudas/qꝛ dic̃ ei iesus. Eme ea que opus sunt nobis ad diẽ festū. Aut egenis vt aliq̄d daret. Cum ḡ accepisset ille exiuit ꝯtinuo. Erat aūt nox. Cū ḡ exisset dixit iesus. Nunc clarificatꝰ est filiꝰ hoīs ꝛ deus clarificatꝰ est in eo. si deꝰ clarificatꝰ est ĩ eo ꝛ deꝰ clarificabit eū in semetipo/ꝛ ꝯtinuo clarificabit eū. ¶ Filioli adhuc modicū vobiscū sum. queritis me/et sicut dixi iudeis q̄ ego vado vos nõ potestis venire. Et vobis dico mõ. Mandatū nouū do vob̄ vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. vt et vos diligatis inuicẽ. In h̄ cognoscẽt oẽs quia mei estis discipuli si dilectiõem habueritis adinuicẽ. Dicit ei symon petrꝰ. Dñe q̄ vadis? Rñdit iesus. Quo ego vado nõ potes me seq̄ mõ/seq̄ris aūt postea. Dicit ei petrꝰ. Quare nõ possum te seq̄ mõ? Animã meã pro te pono. Rñdit iesus. animã tuã ꝓ me pones? Amẽ amẽ dico tibi. Non cantabit gallus donec ter me neges. Et ipi ceperunt q̄rere inter se q̄s esset q̄ eū traditurus esset. Facta est aūt ꝛ ꝯtentio inter eos quis eorum videretur esse maior. Di

Hoc potest intelligi eleuate vl̄ depresse.

xit autẽ eis. Reges gentiū dñant̄ eorū. et q̄ ꝑtãtem habent sup̄ eos benefici vocantur. Uos aūt nõ sic. sed q̄ maior est ĩ vob̄ fiat sicut minor. ꝛ q̄ p̄cessor est sicut ministrator. Nam q̄s maior est/q̄ recūbit an q̄ ministrat? Nõne q̄ recūbit? Ego aūt ĩ medio vestrū sum sicut q̄ ministrat. Uos aūt estis q̄ ꝑmãsistis mecū in tẽptatõībꝫ meis. Et ego dispono vob̄ sicut disposuit mihi pr̄ meꝰ regnū vt edatis et bibatis sup̄ mensam meã in regno meo. ꝛ sedeatis sup̄ thronos iudicantes duodecim tribꝫ isrl̄. Ait aūt dñs symoni. Symon ecce sathan expetiuit vos vt cribraret sicut triticū. Ego autẽ rogaui ꝓ te vt nõ deficiat fides tua Et tu aliq̃ndo ꝯuersus cõfirma fratres tuos. Qui dixit. Dñe tecū sum paratꝰ ꝛ in carcerẽ ꝛ ĩ mortẽ ire. Et ille dixit. Dico tibi petre. Non cãtabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. Et dixit eis. Qñ misi vos sine sacculo ꝛ pera ꝛ calciamẽtis/nūquid aliq̄d defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ḡ eis. sed nūc q̄ habꝫ sacculū tollat silr̄ et peram. sed q̄ nõ habet vendat tunicã suaꝫ et emat gladiū. Dico enĩ vob̄. quoniã adhuc h̄ q̄d scriptū ẽ opꝫ impleri ĩ me. Et cū iniustis deputatꝰ est. Etenim ea que sunt de me finem habẽt. At illi dixerūt. Ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. satis est.

De sermone domini post cenã & ptinet multas rubricellas p multitudine doctrinarũ. vbi p totũ de mysterio trinitatis. Jo. xiiij. xv. xvi. xvij.

¶ Capitulum. cx[illegible].

Et ait discipulis suis. Nõ turbetur cor vestrũ. Creditis in deũ & in me credite. In domo patris mei mãsiones multe sunt. Si q̃ minus dixissem vobis. q2 vado pare vobis locũ. & si abiero & pparauero vobis locũ. iterũ venio ad vos & accipio vos ad meipm vt vbi ego sum & vos sitis. & q̃ ego vado scitis. & viã scitis. Dicit ei Thomas. Dñe nescimus q̃ vadis. & quõ possumus viã scire? Dicit ei iesus. Ego sum via veritas & vita. Nemo venit ad patrẽ nisi p me. Si cognouissetis me & patrẽ meũ vtiq3 cognouissetis. & amodo cognoscetis eũ & vidistis eũ. Dicit ei philippus. Dñe ostẽde nobis patrẽ & suf. ĩc nobis? Dicit ei iesus. Tãto tẽpe vobiscũ sum & nõ cognouistis me. Philippe q̃ videt me videt & patrẽ meũ. Quõ tu dicis ostẽde nobis patrẽ? Nõ credis q2 ego in patre & pat in me est? Uerba q̃ ego loquor vobis a meipo nõ loquor. Pater aũt in me manẽs ipe facit opa. Nõ creditis q2 ego in patre & pr̃ in me ẽ. Alioq̃n ppt̃ opa ipa credite. Amẽ amen dico vobis q̃ credit in me / opa q̃ ego facio ipe faciet & maiora hoꝝ faciet. q2 ego ad patrẽ vado. & q̃dcũq3 petieritis in noĩe meo hoc faciã vt glorificet̃ pr̃ in filio. si q̃d petieritis in noĩe meo hoc faciã. ¶ Si diligitis me mãdata mea seruate. & ego rogabo patrẽ & aliũ paraclitum dabo vobis vt maneat vobiscũ in eternũ / spm̃ veritatis quẽ mũdus nõ põt accipe q2 nõ videt eũ nec scit eũ. Uos aũt cognoscetis eũ. q2 apud vos manebit & in vobis erit. Nõ relinquã vos orphanos. veniã ad vos. Adhuc modicũ & mundus me iã nõ videt. Uos aũt videtis me. q2 ego viuo & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis. q2 ego in patre meo & vos in me & ego in vobis. Qui hz mãdata mea & seruat ea ille est qui diligit me. q̃ aũt diligit me diliget̃ a patre meo & ego diligã eũ & manifestabo ei meipsũ. Dicit ei iudas nõ ille scariotis. Dñe q̃d factũ est. q2 manifestaturus es teipm̃ nobis & nõ mundo? Rñdit ei iesus & dixit ei. ¶ Si q̃s diligit me sermonẽ meũ seruabit & pr̃ meus diliget eũ / & ad eũ veniem⁹ & mãsionẽ apud eũ faciem⁹. Qui nõ diligit me sermones meos nõ seruat. Et sermonẽ quẽ audistis nõ ẽ meus sꝫ eius q̃ misit me patris. Hec locutus sum vobis apd̃ vos manẽs. Paraclitus aũt spũsctũs quẽ mittet pr̃ in noĩe meo ille vos docebit oĩa et suggeret vobis oĩa q̃cũq3 dixero vob. Pacem relinquo vobis / pacẽ meã do vobis. nõ quõ mũdus dat ego do vobis. Nõ turbet̃ cor vestrũ neq3 formidet. Audistis quia dixi vobis vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq3 q2 ad patrem vado. q2 pr̃ maior me est. Et nũc dixi vob priusq̃3 fiat vt cũ factũ fuerit credatis. Jam nõ multa loq2 vobiscũ. Uenit enĩ pnceps mũdi hui⁹ & in me nõ habet q̃cq̃3. sed vt cognoscat mũdus q2 diligo patrẽ. et sicut mãdatũ dedit mihi pater sic facio. Surgite eam⁹ hinc. ¶ Ego sum vitis vera & pater me⁹ agricola ẽ. Oẽm palmitẽ in me nõ ferentẽ fructũ tollet eũ. et oẽm q̃ fert fructum purgabit eũ vt fructũ pl⁹ afferat. Jã vos mũdi estis ppt̃ s̃monẽ quẽ locutus sum vob. manete ĩ me & ego in vobis. Sic palmes nõ pt̃ ferre fructũ a semet ipo nisi mãserit in vite. sic nec vos nisi ĩ me mãseritis. Ego J. xv. sum vitis & vos palmites. q̃ manet ĩ me & ego ĩ eo hic fert fructũ multũ. q2 sine me nihil potestis facere. Si q̃s ĩ me nõ mãserit mittet̃ foras sicut palmes et arescet. & colligent eũ & in ignem mittent & ardet. Si mãseritis in me & verba mea ĩ vob mãserint. q̃dcunq3 volueritis petetis & fiet vobis. In h̃ clarificat⁹ est pr̃ meus vt fructũ plurimũ afferatis. & efficiamĩ mei discipuli. Sicut dilexit me pr̃ & ego dilexi vos. Manetẽ in dilectõe mea. si precepta mea s̃uaueritis manebitis in dilectõne mea sicut et ego p̃cepta pr̃is mei s̃uaui. et maneo in ei⁹ dilectõe. Hec locut⁹ sum vob

Prima rubricella.

Secũda rubricella.

Questio iude apl̃i

Tercia rubricella.

Implẽdus sermo christi

Quarta rubricella Scd̃m aliquos hic incipit capitulum xv. Johã. non explicat euangelista quo iuerit dñs & diserit sequẽtia quia nondũ transierat torrentem cedron nec erat hymnus dictus. Nisi velimus vti regula vel anticipatõnis vel rememoratõis.

vt gaudiũ meũ in vobis sit et gaudiũ ve-
strũ plenũ impleatur.

Preceptũ dilectõis

¶Hoc est p̃ceptũ meũ vt diligatis inuicẽ sicut
dilexi vos.

Quinta rubricella

Maiorem hac dilectõe3 nẽo hab3
vt aĩam suã ponat q̃s p amicis suis. Vos
amici mei estis si feceritis q̃ ego p̃cipio vo
bis. Jam nõ dicã vos seruos/ q2 seru⁹ ne-
scit q̃d faciat dñs eius. Vos aũt dixi ami
cos. q2 omnia q̃cunq3 audiui a p̃re meo no
ta feci vobis. Nõ vos me elegistis s3 ego ele
gi vos ꝛ posui vos vt eatis ꝛ fructũ affera
tis ꝛ fructus vester maneat. vt q̃dcũq3 peti
eritis p̃rem in noĩe meo det vobis. ¶Hec
mando vobis vt diligatis inuicẽ.

Sexta rubricella

Si mũd⁹ vos odit scitote q2
me priorẽ vobis odio habuit. Si de mun
do fuissetis mũd⁹ q̃d suũ erat diligeret. q2
v̄o de mũdo non estis. s3 ego elegi vos de
mundo. ppterea odit vos mũdus. Memẽ
tote sermonis mei quem ego dixi vobis.
Nõ est seruus maior dño suo. si me p̃secuti
sunt ꝛ vos p̃sequent̃. si sermonẽ meũ serua
uerint ꝛ vestr̃ seruabũt. S3 hec oĩa faciẽt
vobis ppter nomẽ meũ. q2 nesciũt eũ q̃ mi
sit me. Si nõ venissem ꝛ locutus eis fuis-
sem pctm̃ nõ haberẽt. Nũc aũt excusatõem
nõ h̃ñt d̃ pctõ suo. Qui odit me odit ꝛ p̃re3
meũ. Si opa nõ fecissem in eis que nemo
alius fecit. pctm̃ non haberẽt. Nũc autem
ꝛ viderũt ꝛ oderũt me ꝛ patrẽ meũ. s3 vt im
pleat̃ sermo q̃ in lege eo2 scriptus ẽ q2 odio
habuerunt me gratis.

Septima rubricella.

¶Cũ aũt venerit pacli-
tus quẽ ego mittã vo
bis a p̃re spm̃ v̄itatis
qui a p̃re pcedit ille testimoniũ p̃hibebit d̃
me. ꝛ vos testimoniũ p̃hibebitis. q2 ab ĩitio
mecũ estis. Hec locutus sum vobis vt nõ
scãdalizemi. Absq3 synagogis facient vos.
s3 venit hora vt omis q̃ interficit vos arbi
tret̃ obsequiũ se p̃stare deo. Et hec faciẽt vo
bis. q2 nõ nouerũt p̃re3 neq3 me. s3 hec lo-
cutus sum vob̃ vt cũ venerit hora eo2ũ re
minisćami/ q2 ego dixi vobis. Hec aũt vo
bis ab initio non dixi. q2 vobiscũ erã. ¶Et
nunc vado ad eũ q̃ me

Octaua rubricella

misit. ꝛ nemo ex vob̃ ĩ
terrogat me q̃ vadis.
Sed q2 hec locut⁹ sũ vobis. tristicia imple
uit co2 vestr̃. sed ego v̄itatẽ dico vob̃. Ex-
pedit vobis vt ego vadã. Si eñ nõ abiero
paclit⁹ nõ veniet ad vos. si aũt abiero mit
tã eũ ad vos. Et cũ venerit ille arguet mũ-
dũ de pctõ. ꝛ de iusticia ꝛ d̃ iudicio. De pec
cato q̃dem q̃a nõ crediderũt ĩ me. de iusticia
v̄o q2 ad p̃rem vado ꝛ iã nõ videbitis me.
De iudicio aũt q2 p̃nceps hui⁹ mũdi iam
iudicat⁹ est. Adhuc mlt̃a habeo vobis di-
cere/ sed nõ potestis portare modo. Cũ au
tẽ venerit ille spũs v̄itatis docebit vos oẽ3
v̄itatẽ. Nõ eñ loq̃t̃ a semetipso s3 q̃cũq3 audi
et loq̃t̃. ꝛ q̃ vẽtura sũt annũciabit vob̃. Jlle
me clarificabit q2 d̃ meo accipiet ꝛ an nũci
abit vob̃. ¶Modicũ
et iã nõ videbitis me.

Nona rubricella.

et itez modicũ ꝛ vide-
bitis me. q2 vado ad p̃rem. Dixerunt ẽ ex
discipul̃ ei⁹ ad inuicẽ. Quid est h̃ quod di-
cit nobis modicũ ꝛ nõ videbitis me. ꝛ ite
rũ modicũ ꝛ videbitis me. q2 vado ad p̃re3.
Dicebãt ẽ. quid est h̃ quod dicit nob̃ modi
cũ. nescim⁹ q̃d loq̃tur. Cognouit aũt ih̃s
q2 volebant eũ iterrogare. et dixit eis. De h̃
q̃ritis inter vos. q2 dixi modicũ et nõ vide
bitis me. ꝛ itez modicũ ꝛ videbitis me. Amẽ
amen dico vob̃ q2 plorabitis et flebitis vos.
mũdus aũt gaudebit. vos aũt ↄtristabimĩ.
sed tristicia vestra vertet̃ in gaudiũ. Muli
er cũ parit tristiciã hab3. q2 venit hora ei⁹
Cum aũt pepererit puez iã nõ memit p̃s-
sure ppter gaudiũ q2 nat⁹ est hõ ĩ mũdum
Et vos igit̃ nũc q̃dẽ tristiciã habetis. Jte
rũ aũt videbo vos et gaudebit co2 vestrũ.
et gaudiũ vestr̃ nemo tollet a vobis. Et in
illo die nõ rogabitis q̃c-
q̃3.

Decima rubricella

¶Amen amen dico
vobis si q̃d petieritis
patrẽ in noĩe meo dabit vob̃. Vsq3 mõ nõ
petistis q̃cq̃3 ĩ noĩe meo. Petite ꝛ accipietis.
vt gaudiũ vestr̃ sit plenũ. Hec in puerbijs
locut⁹ sum vobis. Venit eñ hora cũ iam
nõ ĩ puerbijs loq̃2 vobis sed palã de patre
meo annũciabo vob̃. Jllo die in noĩe meo
petetis. Et nõ dico vob̃ q2 ego rogabo pa
trẽ de vobis. Jpe eñ p̃r amat vos q2 vos
me amatis/ et credidistis q2 a deo exiui. Exi
ui a patre et veni in mũdũ. Jtez relinq̃ mũ
dũ et vado ad p̃rem. Dicũt ei discipuli ei⁹.
Ecce nũc palã loq̃ris ꝛ puerbiũ nullũ di-
cis. Nunc scimus q2 scis oĩa et nõ est op⁹
tibi vt q̃s te interroget. Jn h̃ cognouimus
q2 a deo existi. R̃ndit eis iesus. Mõ credi-
tis. Ecce venit hora et iã venit vt disp̃ga-

mini vnusq̄sq̄ ī p̄pria et me solū relinquetis. ⁊ nō sum solus. q2 p̄r mecū ē. Hec locut⁹ sum vob̄ vt in me pacē h̄eatis. In mūdo p̄ssuram habebitis. s3 ɔfidite ego vici mundū.

¶ Hec locut⁹ ē iesus. ⁊ subleuatis in celū ocul'. dixit. P̄r vēit hora clarifica filiū tuū vt filius tu⁹ clarificet te. sic̄ dedisti ei p̄tātē oīs carnis vt oē qd̄ dedisti ei det eis vitā eternā. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū verū deum/ ⁊ quē misisti ih̄m xp̄m. Ego te clarificaui sup terrā. opus ɔsummaui qd̄ dedisti mihi vt faciā. ⁊ nūc clarifica me tu p̄r apd̄ temet ip̄m claritate quā habui p̄us q̄3 mūdus esset apud te. Manifestaui nomē tuū hoīb3 quos dedisti mihi de mūdo. Tui erant/et mihi eos dedisti ⁊ sermonē tuū ꝭuauerūt. ⁊ nūc cognouerūt. q2 oīa q̄ dedisti mihi ab te sunt. q2 ꝟba q̄ dedisti mihi dedi eis. ⁊ ip̄i acceperūt ⁊ cognouerūt vere. q2 a te exiui ⁊ crediderūt q2 tu me misisti. Ego p̄ eis rogo nō p̄ mūdo rogo. s3 p̄ his q̄s dedisti mihi q2 tui sunt. Et mea omīa tua sunt ⁊ tua mea sunt. ⁊ clarificat⁹ sum in eis. Et iā nō sū in mūdo. ⁊ hi in mūdo sunt ⁊ ego ad te venio. P̄r scē serua eos in noīe tuo q̄s dedisti mihi vt sint vnū sic̄ ⁊ nos. Cū essem cū eis ego ꝭuabā eos ī nomine tuo. q̄s dedisti mihi custodiui ⁊ nemo ex eis periit nisi fili⁹ p̄ditionis vt scriptura impleat̄. Nūc aūt ad te venio ⁊ hec loq̄r in mūdo vt habeāt gaudiū3 meū impletum in semetip̄is. Ego dedi eis sermonē tuū ⁊ mūdus eos odio habuit. q2 nō sunt de mūdo sic̄ ⁊ ego nō sum de mundo. Nō rogo vt tollas eos de mūdo. sed vt serues eos a malo. De mūdo nō sunt sicut ⁊ ego nō sum de mūdo. Sanctifica eos in veritate. sermo tu⁹ ꝟitas est. sic̄ tu me misisti in mūdū. ⁊ ego misi eos in mundū ⁊ ego p̄ ip̄is scifico meip̄m vt sint ⁊ ip̄i scificati ī veritate. Nō p̄ his aūt rogo tm̄. s3 ⁊ p̄ eis q̄ credituri sunt p̄ ꝟbū eoꝝ in me. vt omēs vnū sint sic̄ ⁊ ego p̄r in te ⁊ tu in me. vt ⁊ ip̄i in nob̄ vnū sint. vt mūdus credat q2 tu me misisti. Et ego claritatē quam dedisti mihi dedi eis. vt sint vnū sic̄ ⁊ nos vnū sumus. Ego ī eis ⁊ tu ī me vt sint ɔsūmati in vnū3 ⁊ cognoscat mūd⁹/ q2 tu me misisti. ⁊ dilexisti eos sic̄ ⁊ me dilexisti. P̄r q̄s dedisti mihi volo vt vbi ego sum ⁊ illi sint mecū vt videant claritatē meā quā dedisti mihi. q2 dilexisti me an̄ ɔstitutōe3 mūdi. P̄r iuste mūdus te nō cognouit. ego āt cognoui ⁊ hi cognouerūt. q2 tu me misisti ⁊ notū feci eis nomē tuū vt dilectio q̄ dilexisti me in ip̄is sit ⁊ ego in ip̄is.

Undecima rubricella.

Duodecima rubricella.

De orōne iesu ⁊ sua captōe. M. xxvi. R. xiiij. L. xxij. J. xviij.

¶ Capitulum. cxlij.

b Ec. J. cū dixisset ih̄s ⁊. M. hymno. R. dicto exierūt in montē oliueti ⁊. L. egressus ibat s̄m ɔsuetudinē in mōtē oliuaꝝ trās torrētē. J. cedrō in villā. M. ī p̄diū. R. cui nomē gethsemani. Secuti. L. sunt aūt eū ⁊ discipuli ei⁹. Sciebat. J. ⁊ iudas q̄ tradebat eū locū. q2 frequēter ɔuenerat ih̄s illuc cū discipul' suis ⁊. M. dixit. R. Sedete h̄ donec. M. vadā illuc. M. ⁊ orē R. Et coassūpto. M. R. petro ⁊ duob3 filiis zebedei cepit. M. ɔtristari ⁊ mest⁹ esse pauere. R. ⁊ tedere. Tūc. M. ait. R. ill'. Tristis est aīa mea vsq3 ad mortē. Sustinete h̄ et vigilate mecū et. L. ip̄e auulsus ē ab eis quantū est iact⁹ lapidis. Et p̄gressus. M. R. pusillū p̄cidit. M. ī faciē suā sup. R. terrā ⁊ orabat vt si fieri poss3 trāsiret ab eo hora. Et dixit. Abba p̄r. oīa possibilia sūt tibi/ trāsfer hūc calicē a me. sed nō qd̄ ego volo sed qd̄ tu. M. M. pater si possibile ē trāseat a me calix iste. Uerūtm̄ nō sicut ego volo s3 sicut tu. Et vēit ad discipulos suos. ⁊. M. inuenit. R. eos dormientes. ⁊ dixit petro sic. Symon. R. dormis Nō. M. potuisti. R. vna hora vigilare mecū? Uigilate ⁊ orate vt nō intretis in tēptationē. Spiritus q̄dem p̄mpt⁹ est caro aūt infirma. Iteꝝ scd̄o abiit et orauit eundem ꝭmonē dicēs. P̄r. M. mi si n̄ p̄t hic calix trāsire nisi bibā illū fiat volūtas tua. Et venit M. R. iteꝝ et inuenit eos dormiētes. Erāt eni oculi eoꝝ grauati ⁊ ignorabāt. R. q̄d rn̄derent ei. Et relictis. M. illis iterū abiit et orauit eundē ꝭmonē. Et positis. L. genibus orabat dicēs. Pater si vis trāsfer calicē istū a me. Uerūtamen nō mea s3 tua voluntas fiat. Apparuit autē illi angel⁹ de celo ɔfortans eū. Et fact⁹ ī agonia p̄lixi⁹ orabat. ⁊ factus est sudor ei⁹ sicut gutte sanguis decurrentis in terrā. Et cū surrexisset ab orōe

Potest intelligi q christus bis ita dixit

Probabile est q fuit gabriel

⁊ venisset ad discipulos suos inuenit eos dormiētes p̄ tristicia. ⁊ ait illꝭ. Quid dormitis? Dormite iā. M. R. ⁊ requiescite. Sufficit. R. surgite. L. ⁊ orate ne intretis in temptatōem. Ecce. M. appropinq̄bit. R. hora/ ⁊ filius hois tradet in manus pctōꝝ. surgite eamus. Ecce q̄ me tradet ꝓpe ē. Iudas I. ergo cū accepisset cohortē a pōtificibꝫ ⁊ phariseis ministros venit illuc cū laternis ⁊ facibꝫ ⁊ armis. ⁊. M. adhuc. R. iesu loquēte. Ecce iudas schariotis vnus ex duodecī ⁊ cū eo turba multa cū gladijs ⁊ fustibus/ missi. M. a p̄ncipibꝫ sacerdotum ⁊ scribis R. ⁊ seniorībꝫ. M. R. ppli. Dederat autē traditor eis signū dicēs. Quēcūq͂ osculatus fuero ipē ē tenete eū ⁊ ducite. R. caute ⁊ L. añcedebat eos ⁊ appropinquit iesu vt oscularet eū. Et. M. cū venisset. R. statim accessit ad eū ⁊ ait. Rabbi. R. Aue M. rabbi. ⁊. M. osculatus. R. ē eū. Dixit. M. ei iesus. Amice. Ad quid venisti? Iuda osculo filiū hois tradis. Jesus. I. itaq͂ sciēs oīa que ventura erāt sup eum, pcessit ⁊ dixit eis. Quē q̄ritis? Rñderūt ei. iesum nazarenū. dixit eis iesus. ego sum. Stabat aūt ⁊ Iudas q̄ tradidit eū cū ipis. Ut ergo dixit eis ih̄s ego sum abierūt retrorsum ⁊ ceciderūt in terrā. Iterū ḡ eos interrogauit. Quē q̄rits? Illi aūt dixerūt. Ih̄m nazarenū. Rñdit ih̄s. Dixi vobis q͂ ego sum. si ergo me queritis sinite hos abire. Ut impleret sermo quē dixit. q͂ quos dedisti mihi nō pdidi ex eis quenq͂. Tūc. M. accesserūt ⁊ manus. M. R. iniecerūt in iesum ⁊ tenuerūt eū. Uidentes. L. aūt hi q̄ cū ipo erāt qđ futurū erat dixerunt ei. Dñe si pcutim⁹ in gladio? Rñdens autē iesus ait. Sinite vsq͂ huc. Symō. M. R. ḡ Petrus hñs gladiū eduxit eū ⁊ pcussit pōtificis summi. R. sacerdotis seruū ⁊ abscidit auriculam eius dexterā. I. Erat aūt nomē seruo malchus. Dixit ḡ iesus petro. Mitte gladiū in vaginam. Calicē quē dedit mihi pr̄ nō vis vt bibā illū? Pōs. M. eīn q̄ acceperint gladiū gladio pibūt. An putas q͂ nō possum rogare p̄rē meū ⁊ exhibebit mihi mō plusq͂ duodecī legiones āgeloꝝ? Quō ergo implebunt scripture? Quia sic oportet fieri. Et. L. cū tetigisset auriculā eius sanauit eū. Dixit aūt iesus ad eos q̄ venerāt ad se p̄ncipes sacerdotū ⁊ magistratus tēpli ⁊ seniores. Tāq͂. M. L. ad. R. latronē existis cū gladijs ⁊ fustibꝫ cōprehēdere me. cū q̄tidie. L. fuerim vobiscū in tēplo ⁊ sedebam. M. docēs ⁊ non. M. me. R. tenuistis. ſꝫ hec est hora vr̄a ⁊ ptās tenebraꝝ. Hoc. M. aūt R. totū factū ē vt adimplerēt scripture ꝓpharū. Tūc. M. discipuli R. relicto eo oēs fugierūt. Adolescēs. R. aūt q̄dā seq̄bat eū amictus syndone sup nudo ⁊ tenuerūt eū. Et ille relicta syndone nudus ꝓfugit ab eis. Cohors. I. aūt ⁊ tribun⁹ ⁊ ministri iudeoꝝ cōprehenderūt iesum. et tenētes. M. L. ligauerūt eū ⁊ adduxerūt eū ad annā primum. Erat ei socer cayphe q̄ erat pōtifex anni illius. Erat aūt cayphas q̄ ꝯsiliū dederat iudeis. quia expedit vnū hoiem mori ꝓ populo. Et ꝯuenerūt. R. in vnū oēs sacerdotes scribe et phariſei ⁊ seniores.

Intelligēdum est postq͂ iudas osculatus ē iesuꝫ. q͂ precesserat regressus ad turbā ad quam iesus processit.

Intelligēdū est q͂ nō expectata rñsione christi Petrus percussit.

Superuenerūt forte aliqui cū turba. vel post. vl̄ ideo dicunt principes venisse. quia miserūt suos.

De missiōe iesu ad annam. Et p̄ma negatōne petri. M. xxvi. R. xiiij. L. xxij. I. xviij. Cap. cxliij.

Sequebat. I. aūt iesum Simō petrus ⁊ ali⁹ discipul⁹. Discipul⁹ aūt ille erat notus pōtifici. ⁊ introiuit ī atriū p̄ncipis cū iesu. Petrus autē stabat ad ostiū foris. Exiuit ḡ alius discipul⁹ qui erat not⁹ pōtifici. ⁊ dixit ostiarie. ⁊ introduxit petrū. Dixit ḡ Petro ancilla ostiaria sūmi. R. sacerdotis cū vidisset Petrū calefacientē se. L. sedentē ad lumen. Et. M. tu cū Iesu nazareno. R. galileo eras. Nūq̄d. I. ⁊ tu ex discipulis es hois istius? Et hic. L. cū illo erat. Et. M. ille. R. negauit. L. illū corā oībus dicēs. Mulier. L. nō noui illū. Non. I. sum neq͂. R. scio neq͂ noui qđ dicas. Stabant. I. aūt serui ⁊ mi

Quāuis diuersi diuersimode videantur loqui de mō cōcordādi triplicem negatōes petri ita vt Augusti. sentire videt totas fuisse in domo anne. Ipse nihilominus vl̄ alā nō intēdūt pre iudicare probabiliter nō dicendū sit ex terra posset dici sicut esse videt modus hic ptētus. iudicet lector

nistri ad prunas. qꝛ frigus erat ⁊ calefacie/ bāt se. Erat aūt cū eis ⁊ Petrus stās ⁊ ca/ lefaciēs se. Et.R. exiuit foras ante atrium ⁊ gallus cantauit. Pōtifex.J. ḡ interrogauit iesum de discipulis ⁊ de doctrina eius? Rñ dit ei iesus. Ego palā locutus sum mūdo/ ego sp̄ docui in synagoga ⁊ in templo quo oēs iudei ɔueniūt/ ⁊ in occulto locutus suꝫ nihil. Quid me interrogas. Interroga eos qui audierūt q̄ locutus sum ip̄is. Ecce hi sciūt ꝗd dixerim ego. Hec cū dixisset vnus assistēs ministroꝝ dedit alapā iesu dicens. Sic rñdes pōtifici? Rñdit ei ihs. Si ma le locutus sum testimoniū ꝑhibe de malo. si aūt bñ ꝗd me cedis? Et misit eū annas li gatū ad Caypham pontificem.

De missiōe Jesu ad Cayphā. M.xxvi. R.xiiij. L.xxij. J.xviij. Capitulum. ccliiij.

T.M. illi tenētes iesum duxerūt il lum ad cayphā p̄ncipē sacerdotuꝫ vbi scribe seniores ⁊ pharisei ɔuenerāt. Pe trus.M.R. aūt sequebat̄ eū a lōge vsq; in atriū p̄ncipis sacerdotū. Et ingressus in/ tro sedebat cū ministris vt.M. videret fi/ nem. Accenso.L. aūt igne in medio atrio/ ⁊ circūsedētib; illis erat Petrus in medio eoꝝ ⁊ calefaciebat se ad ignē. Principes au tem sacerdotū ⁊ oē ɔci/ liū q̄rebāt falsum ꝯ ie/ sum testimoniū vt euꝫ morti traderēt ⁊ nō in/ ueniebāt cū multi falsi testes accessissent. ⁊.R ɔuenientia testimonia n̄ erāt. Nouissime.M aūt venerunt duo falsi testes ⁊.R. falsum testi moniū ferebant aduer sus eum dicētes. Quo nos audiuimus eū dicentē. Ego dissoluaꝫ tēplū h̄ manufactū ⁊ post triduū aliud nō manufactū edificabo. Hic.M. dixit. pos/ sum destruere tēplū dei ⁊ post triduū reedi ficare illud. Et.R. nō erat ɔueniēs testimo niū illoꝝ. Et exurgēs summ⁹ sacerdos i me diū interrogauit ihm dicēs. Nō rñdes ꝗcꝙ̄ ad ea q̄ tibi obijciunt̄ ab his? Ille aūt tace bat ⁊ nihil rñdit. Rursus sūmus sacerdos interrogauit eū ⁊ dixit ei. Adiuro.M. te p deū viuū vt dicas nob si es xp̄s fili⁹ dei bñ dicti.R. Dixit illi ihs. Tu dixisti. Ego.R. sum. Uerūtñ.M. dico vob amodo vide/ bitis.M.R. filiū hoīs sedentē a dextris ꝟ tutis dei ⁊ venientē in nubib; celi. Tūc p̄n ceps sacerdotū scidit vestimēta sua dicens Blasphemauit. ꝗd adhuc egemus testib; ⁊ desideram⁹.R. testes. Ecce.M. nūc.R. audistis blasphemiaꝫ. ꝗd vob videt̄? Qui R. oēs.M. ɔdēnauerūt eū reū esse mortis Et.L. viri q̄ tenebāt eū illudebāt ei. Tunc M. expuerūt.R.L. in faciē ei⁹ ⁊ velauerūt L. eū cedētes. L. eū colaphis.R. ⁊.L. inter/ rogauerūt.M. eū dicētes. ꝓphetiza nob xp̄e ꝗs ē q̄ te ꝑcussit? ⁊.R. ministri eū alapis cede bāt ⁊ alia mlta blasphemātes dicebāt i eū.

Difficultas proue nit in hoc passu. qꝛ tres euāgeliste non loquunt̄ de Anna. ideo vident̄ cōpre hēdere factū anne cū facto cayphe vt in prima negatōne Petri quā hic pōit cū duabus alijs

De scd'a ⁊ tercia ne/ gatōne Petri. M.xxvi. R.xiiij. L.xxij. J. xviij. Capitulum. cclv.

Exeunte.M. aūt Petro ianuā rur/ sus.R. cū vidisset illū alia.M. an/ cilla.R. cepit dicere cir cūstātib;. Quia hic ex illis est. Hic.M. erat cū iesu nazareno. ⁊.L. post pusillū ali⁹ vidēs eū dixit. Et tu de ill' es Erat.J. aūt Symon petrus stans et calefa/ ciēs se. Dixerūt ergo ei Nunꝗd et tu ex disci/ pul' eius es? Et iteꝝ ne gauit cum iuramento. quia nō noui hominē. Et.M. post.R. pusil/ lū interuallo.L. quasi hore vnius rursus.M R. qui astabāt dicebāt Petro. Uere ex illis es Nam ⁊ galyle⁹ es. ⁊ lo quela.M. tua manife stum te facit. Dixit.J. vnus ex seruis pōtifi/ cis cognat⁹ eius cui⁹ petr⁹ abscidit auricu/ lam. Nōne ego te vidi i horto cū illo? Ille.R. aūt cepit anathemati/ zare detestari.M. ⁊ iu/ rare.M.R. qꝛ.R. ne/ scio hoiem istū quē di citis. Et ɔtinuo.L. adhuc eo loq̄nte. iterū R. gall⁹.M.R. cātauit.L.J. Et.L. ɔuer sus dñs respexit petrū. Et.M. recordatus

Glosa.
Intelligendū ꝙ in qualibet negatōne petri mlte persone locute sunt. sicut fu it in tumultu. et ꝙ petr⁹ nūc exijt nūc redijt vt turbat̄. n̄ ɔsiderās quid dice ret aut agerꝫ pre ti more. ⁊ nūc stabat nūc sedebat. Pōt etiam intelligi tres eē in nocte gallicā/ tus circa mediā no ctem. circa terciaꝫ. circa aurorā. Non aūt videt̄ ꝙ iesus ⁊ petrus māserūt in domo anne vel ad secundū aut terciū gallicātum. Et for te etiā petr⁹ in pri/ ma negatōe ter ne/ gauit anteꝗ̄ gall' cā taret. qꝛ nō negat euāgelium plꝛes ꝙ̄ tres fuisse negatōes

L. R. et Petrus verbi dñi sicut dixerat q' priusq̃ gallus cantet bis. R. ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

De tercia conuentione

seniorum et traditione iesu Pylato. M. xxvij. R. xiiij. et xv. L. xxij. et xxiij. J. xviij. et xix.

¶ Capl'm. xlvi.

Mane. M. autem facto ut factus L. est dies concilium. M. inierunt oẽs principes sacerdotũ et seniores ppl'i aduersus iesum ut eũ morti traderent. Et adduxerunt. L. eum in concilium suũ dicentes. Si tu es xp̃us dic nobis? Et ait illis. Si dixero vobis non creditis mihi. si autem et interrogauero nõ respondebitis mihi neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hoĩs sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt autem oẽs. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis/ quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium. ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgens omis multitudo eorum et. R. vincientes. M. Jesum duxerunt illũ ad pylatum a Caypha in pretoriũ. Erat autem mane et ipsi nõ introierunt in pretoriũ ut non contaminarentur sed manducarent pasca. Exiuit ergo ad eos pilatus foras et

Prima rubricella.

Intelligẽdum est q' bis conuenerunt in domũ Caypbe reseruato ibidem et a seruis custodito domino cum colaphis et flagellis

Littera Augustini habet ad cayphã. sed hec est clarior. licet saluet suam vide.

vinctũ. M. adduxerunt et tradiderunt pontio pilato presidi. ¶ Tunc videns q' eum tradidit q' damnatus esset penitentia ductus retulit xxx. argenteos principibus sacerdotũ et senioribus ppl'i dicens. Peccaui tradens sanguinem iustũ. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis in templo argenteis recessit et abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet mittere eos in carbonã. q' preciũ sanguinis est. Cõcilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturã peregrinorum. propter hoc vocatus est ager ille acheldemach hoc est ager sanguinis usque in hodiernũ diem. Tũc adimpletum est qd' dictũ est per Hieremiã pphetã dicentem. Et acceperunt. xxx. argenteos preciũ appreciati qd' appreciauerũt a filiis israel. et dederunt eos in agrum figuli sicut constituit mihi dñs. Jesus autem stetit ante presidem. Et. J. dixit preses. Quã accusationem affertis aduersus hoĩem hunc? Rñderunt et dixerunt ei. Si nõ esset malefactor nõ tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pylatus. Accipite eũ vos et secundum legem vestram iudicate eũ. Dixerunt ergo iudei. Nobis nõ licet interficere quenq̃ ut sermo iesu impleret' quem dixit significans qua morte esset moriturus. Ceperunt. L.

Attendẽdum est multiplex acceptiõ pasce vide in postill.

Secunda rubricella

Tercia rubricella.

Quãuis hec prophetia sit magis in zacharia nihilominus venit in mentem hieremie propter aliquã similitudinem quorundã verborum hic positorum cum verbis suis. et non curauit mutare. quoniã omẽs prophete vno spũ locuti sunt tanq̃ si vnus scriptor diuersis calamis conscriberet eadẽ scriptura videret'. vide in postillis.

autem illũ accusare dicentes. Hũc inuenimus subuertentem gentem nr̃am et prohibentem tributa dari cesari. et dicentem se christũ regem esse. Pilatus ergo interrogauit eũ dicens. Tu es rex iudeorum? At ille rñdens ait. Tu dixisti. Ait autem pilatus ad principes sacerdotũ et turbas. Nihil inuenio cause in hoc hoĩe. At illi inualescebant dicentes. Cõmouit ppl'm docens per vniuersam iudeã incipiens a galylea usque huc. Pilatus autem audiens galyleã interrogauit si homo galyleus esset. Et ut cognouit q' de herodis potestate esset remisit eũ ad herodem qui et ipse hierosolymis erat illis diebus. ¶ Herodes autem viso iesu gauisus est valde. Erat enim ex multo tempore cupiens videre eũ eo q' audierat multa de illo. Et sperabat signum aliqd' ab eo videre fieri. Interrogabat ergo illũ multis sermonibus. At ipse nihil illi rñdebat. Stabant etiã principes sacerdotũ et scribe constanter accusantes eũ. Spreuit autem illũ herodes cũ exercitu suo. et illusit indutũ veste alba et remisit ad pilatũ. Et facti sunt amici herodes et pilatus in ipsa die. Nã antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotũ et magistratibus et plebe dixit ad illos. Obtulistis mihi hoĩem hũc quasi auertentem ppl'm. Et ecce ego corã vobis interrogans nullã causam inuenio in hoĩe isto ex his in quibus eũ accusatis. sed nec herodes. Nã remisi vos ad illũ. et ecce nihil dignum morte actũ est ei. Intrauit ergo iterum in pretorium

Quarta rubricella

pilatus. ⁊ vocauit iesũ ⁊ dixit ei. Tu es rex
iudeorũ? Rñdit iesus. A temetipso hoc dicis
an alij tibi dixerunt de me? Rñdit pilatus.
Nunquid iudeꝰ ego sũ? Gẽs tua et põtifices
tradiderũt te mihi. quid fecisti? Rñdit iesus.
Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo Si ex hoc mũ
do esset regnũ meũ ministri mei vtiq; decer
tarẽt vt nõ traderer iudeis. Nũc aũt regnũ
meũ nõ ẽ hinc. Dixit itaq; pilatꝰ. Ergo rex
es tu? Rñdit iesus. tu dicis. q2 rex sum ego.
Ego in hoc natꝰ sum et ad hoc veni i mũdũ
vt testimoniũ ꝑhibeam veritati. Oĩs ꝙ ex ve
ritate est audit vocem meã. Dixit ei pilatꝰ.
Quid est veritas? Et cũ hoc dixisset/ ad iude/
os iterũ exiuit. ⁊ dixit eis. Ego nullã causã
inuenio in eo. Est au
tẽ cõsuetudo vobis vt
vnũ dimittã vob in pa
sca. vultis ergo dimittã vobis regẽ iudeo/
rũ. Clamauerũt rursum oẽs dicẽtes. Non
hunc sꝫ barrabã. Erat aũt barrabas latro.
qui. L. xxiij. erat ꝓpter seditõem quandã
factã in ciuitate ⁊ homicidiũ missus in car
cerẽ. Iterũ ergo pilatus locutꝰ est ad illos volẽs
dimittere iesum. At illi succlamabãt dicen/
tes. Crucifige crucifige illũ. Ille aũt tercio
dixit ad illos. Quid ei mali fecit ille? Nullã
causam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo
illũ et dimittã. ¶ Tũc
I. xix. ergo pilatꝰ appre
hẽdit iesum et flagella
uit. ⁊ milites plectẽtes
coronã de spinis impo/
suerũt capiti eiꝰ ⁊ pur/
pura circũdederũt eũ.
⁊ veniebãt ad eũ ⁊ dice
bãt. Aue rex iudeorũ. et
dabãt ei alapas. Exijt
iterũ pilatꝰ foras. ⁊ dixit
eis. Ecce adduco eũ
vob foras vt cognosca
tis q2 in eo nullã causã
inuenio. Exijt ergo iesus
portãs coronã spineã
⁊ purpureũ vestimẽtũ.
⁊ dicit eis. Ecce homo. Cũ ergo vidissent eũ
pontifices ⁊ ministri clamabãt dicẽtes. Cru
cifige crucifige eũ. Dicit eis Pilatꝰ. Acci/
pite eũ vos ⁊ crucifigite. Ego enĩ nõ inue/
nio in eo causam. Rñderũt ei iudei. Nos le
gẽ habemꝰ ⁊ sm legẽ debꝫ mori. q2 filiũ dei
se fecit. Cũ ergo audisset pilatꝰ hũc sermonem.
magis timuit. ¶ Et ingressus est iterũ in pre/
toriũ. ⁊ dicit ad Iesum Vnde es tu? Iesus
aũt rñsum nõ dedit ei. Dicit ei pilatꝰ. Mi
hi nõ loqris. nescis q2 ptãtem habeo cruci
figere te ⁊ ptãtẽ habeo dimittere te? Respõ/
dit iesus. Nõ haberes ptãtem aduersus me
vllã nisi tibi esset datũ desup. ꝓptea qui me
tradidit tibi maiꝰ peccatũ habet. Et exinde
querebat pilatus dimittere eũ. Iudei autẽ
clamabãt dicẽtes. Si
hũc dimittis nõ es ami
cus cesaris. Oĩs enim
ꝙ se regẽ facit cõtradi/
cit cesari. Pilatꝰ ergo cũ
audisset hos sermones/
adduxit foras iesum. et
sedit ꝓ tribunali i loco
ꝙ dicitur licostratꝰ. he/
braice aũt gabatha vel
golgatha. Erat autem
pasceue pasce hora q̃si
sexta. Et dicit iudeis.
Ecce rex vester. Illi aũt
clamabant. Tolle tolle
crucifige eũ. Dicit eis
pilatꝰ. Regẽ vestrũ cru
cifigam? Rñderũt põ/
tifices. Nõ habemꝰ re
gẽ nisi cesarẽ. ¶ Et. R.
xv. accusabant eũ sum/
mi sacerdotes in multis
⁊ seniores. M. ppli. ⁊ nihil rñdit. Pilatus
R. aũt rursus interrogauit eũ dicẽs. Non
rñdes quicq;. vides in quantis te accusant. Ie
sus aũt ampliꝰ nihil rñdit. ita vt miraretur
pilatꝰ pses. M. vehemẽter. Per. R. xv. diẽ
aũt festũ solebat dimittere illis vnũ ex vin/
ctis quẽcunq; petissent. Erat aũt ꝙ dice/
bat barrabas qui cũ seditiosis vinctꝰ erat.
qui i seditõe fecerat homicidiũ. Et cũ ascẽ/
disset turba cepit rogare sicut semp faciebat
illis. Cõgregatis. M. ergo illis dixit Pyla/
tus. Quẽ vultis dimittã vobis. Barrabã
an iesum qui dicit christꝰ? Sciebat enĩ q2
ꝑ inuidiã tradidissent eũ summi. R. sacer/
dotes ¶ Sedente. M.
aũt eo ꝓ tribunali. mi/
sit ad eũ vxor eius di.
Nihil tibi et iusto illi. multa enĩ passa sum
hodie ꝑ visum ꝓpter eũ. ¶ Principes autẽ
sacerdotũ ⁊ seniores ꝑsuaserũt poplꝰ. ⁊ cõ
citauerũt. R. turbam. vt. M. peterent bar/
rabam. iesum vero ꝑderẽt. Rñdens aũt pses
ait illis. Quẽ vultis vob de duobus dimitti?

Quinta rubricella

Sexta rubricella

Glosa

Videt etiã plures
fuisse flagellatiões
christi. vt ista q̃ fa/
cta est ad satisfaciẽ
dã iudeis veluti q̃/
dã punitio. alia ve
ro iuxta legẽ roma
norũ sm quã prius
flagellabant occidẽ
di.

Septima rubri
cella.

Probabile est iesũ
crucifixum int ter/
ciam et sextã horã
et q2 mediũ partici
pat extrema Mar
cus ponit terciam.
Alij sextã vl quasi
sextam

Intelligendũ ẽ mlta
ta fuisse facta ⁊ di/
cta ⁊ per pilatũ et
iudeos quorum ali
qua narrat euan/
gelista alter alia. et
aliqua talia q̃ videt
sententiã libellus iste famosissim⁹ mortifer ꝛ hereticalꝭ ꝛ eradaꝛ memoria ei⁹ a populo christiano Ut q̃d etiã mẽbranas occupat. vt q̃d legentes ꝛ audientes sua ꝯtagiõe fedat inficit ꝯculcatq;. ¶ Hoc in recessu suo ꝗsiuit serenissim⁹ rex romanorũ. Supest scedula patẽs cui sigillũ suũ impssum est. Et q̃d parisi⁹ egerit fame vox isonat Hoc ipm petit. h̄ suadet. h̄ obtestaꝛ christianissimus rex francoꝝ. hoc p̄clarissima parisieñ vniuersitas/ et alij ꝗ̃ plimi. Hoc nos postremo hũiles sui ambasiatores supplicib⁹ votis exoram⁹/ quatin⁹ in h̄ adiutores sitis. dãdo regi iudiciũ/ ꝛ iusticiã filio regis/ seq̃ndo vestigia christi. q̃ ad h̄ venit i mũduz vt oues errãtes ad se reduceret. ¶ Sic itaq; ꝺ prius errãtib⁹ si nõ obdormiuerit. si nõ in errore cepto ptinaces (qꝺ absit) extiterint. diceꝛ ex sentẽtia illꝺ de ep̄la domini cecurrẽtis. Eratis aliq̃n sicut oues errantes. sed nũc ꝯuersi estis ad pastorẽ ꝛ episcopũ aĩaꝝ vr̃aꝝ. Ad h̄ q̃ppe tendit oratio pposita vice thematis. De⁹ iudiciũ tuum regi da/ et iusticiã tuã filio regis. Termĩabim⁹ in h̄ p̄mã p̄ñtis act⁹ partẽ. reliq̃ p lecturam lr̃arũ quarũdã et scedularũ q̃ntũ audire placuerit finieꝛ ¶ Finit ppositio facta a dño cancellario parisieñ. corã ꝯcilio generali Constañ. et pte regis francie. ¶ Et tunc postmodũ dictus cãcellari⁹ parisieñ. ac mg̃ri Jordanis morini B. puch. nepotis/ et p. de versailles ambasiatores p̄fati christianissimi francoꝝ regis ꝛ ei⁹ noĩe pduxerũt corã toto ꝯcilio generali/ ꝛ in manib⁹ pthonotarij ianueñ. sub custodia cõcilij tradiderũt lr̃as. ꝛ alia munimẽta subseq̃ntiũ ꝯp̄hẽsiua instrumẽtoꝝ ab oĩb⁹ pthonotarijs ꝛ notarijs. de et sup dictis datis ꝛ ptestatis. Prio quendã p̄uũ sexternũ papireũ ꝯtinentẽ tres ptes principales. In p̄ma ponebanꝛ sex conclusiões theologice ꝯ ppositõem cuiusdã Johis parui. ꝛ doctrinã in eadẽ ꝯtẽtã. ꝛ incipit. Quia ex patentib⁹ ꝛc̃. In scđa erãt octo regule sup stilo theologico tenẽdo in ꝯdemnatiõe errorũ cũ certis req̃sitis. ꝛ incipit. Sup oĩa vincit v̄itas. In tercia erat breuis scedula petitiua examinatiõis faciẽde de deliberatõne q̃ttuor ordinũ mendicãtiũ sup nouez assertõnib⁹ ꝛc̃. ꝛ incipit. Attendẽs christianissim⁹. Cui⁹ q̃terni magna ps fuit tũc lecta ꝛ specialiꝛ requeste. Itẽ magnã lr̃aꝫ regis patentẽ sup ꝯdemnatõe dicte ppositõnis magistri Johis parui. ꝛ icipit. Regia maiestas nr̃a. Itẽ quendã magnũ q̃ternũ papireũ signatũ signis duoꝝ notarioꝝ cõtinentẽ ppositõeꝫ mg̃ri Johis parui. Itẽ instrumentũ aduocatõis dñi cãcellarij parisieñ. sup ppositõe p eũ ex pte vniuersitatis parisieñ. alias facta corã rege francoꝝ. Iteꝫ scedulã papireã cõtinentẽ appellatõeꝫ a iudicib⁹ fidei sup publicatõe votoꝝ ꝛc̃. Itẽ lr̃am patentẽ vniuersitatis parisieñ. sup approbatõe sñiaꝝ dñi ep̄i parisieñ. Itẽ quendam q̃ternũ papireũ in q̃ ꝯtinebaꝛ deliberatio fratrũ de q̃ttuor ordinib⁹ mendicantiũ sup nouẽ assertionib⁹. ¶ Finit

Sermo eiusdeꝫ coram ꝯmissarijs fidei de errorib⁹ ꝯ fidem ꝛ mores circa p̄ceptũ Non occides

Estimo me beatũ apud te O sacrosanctũ ꝯstantieñ. ꝯciliuꝫ O cetus celebris reuerẽdoruꝫ patrũ ac ceteroꝝ dñoꝝ i omni sapĩa et doctrina ac moꝝ honestate fulgẽtiũ. Estimo inquã me btm̄ apud te cũ sim me ꝺfensur⁹ hodie/ maxie te sciente oĩa/ nedũ q̃ apꝺ iudeos sꝫ xp̄ianos sunt ꝯsuetudĩes ꝛ q̃stiões. ppꝛ qꝺ obsecro vt patiẽter me audias. Vnꝛ v̄bis illꝭ btissimus Lucas cui⁹ hodie natalꝭ istat celebritas/ q̃ comes indiuidu⁹ fuit egregij doctoris pauli. lucas inq̃t ẽ mecũ solus. ꝛ alibi. Salutat vos lucas medic⁹ carissim⁹. cui⁹ v̄ba oĩa ꝫm Hiero. lãguẽtis aĩe sũt medicina. Vñ cũ paul⁹ fuissꝫ a festo tradit⁹ in vinculꝭ agrippe regi. dixit idẽ rex ei. Permittiꝛ tibi rõem reddere p temetipo. Tũc paulus extẽta manu. Estimo me btm̄ inq̃t apud te rex agrippa/ cũ sim me defẽsur⁹ hodie. maxime te sciẽte oĩa q̃ apud iudeos sꝫ ꝯsuetudines ꝛ q̃stiões. ppꝛ qꝺ obsecro vt patiẽter me audias. ¶ Sic ego ꝺ maxia nouẽ assertionũ reuerẽdissimis p̄rib⁹ ac ceteris dñis ꝯmissarijs i cauꝭ fidei p me nunciaturũ/ ex ipoꝝ nũc ordinatõe rõeꝫ reddit⁹. Estimo me btm̄. ppꝛ qꝺ obsecro vnũ quẽq; vt patiẽter me audiat. ¶ Et i p̄mis q̃dẽ donãd⁹ ẽ ordo dicẽdis/ ꝛ euitãda ꝯfusio. habẽd⁹ ẽ i sup ꝫmo doctnalꝭ absq; vlla circũitõe vꝭ apparatu v̄boꝝ. q̃lis ẽ maxie q̃ tractaꝛ accõmod⁹. deniq; remẽorãda est nũc distictio ne fallat nos equocatio. quã distictõꝫ memi me notasse dũ p̄dictas nouẽ assertões cũ suis r̄probatõib⁹ nũciaui.

¶Possum⁹ itaqꝫ materiā hāc dupliciꝰ cōsiderare. Uno mō pure theologice ꝛ absolute ꝑ ꝯsideratōem ad ꝯformitatē vl' deformitatē ꝭm leges diuinas traditas ī scꝑtura sacra. Alio mō magis respectiue et ꝭm terminos iuris positiui. In pmo tractaꝰ de īteresse ipius fidei. in scdo de interesse ꝑsonali. vel ita dicam⁹ posse nos vno mō cōsidere assertōes. vel alio mō ipos assertores aut reprobatores. Primū hacten⁹ obſuaui ī omni iudicio tā parisi⁹ ꝙ̄ ī h̄ sacro cō
B ci[lio]. ¶Recogitans pmo pfessionē meam ꝛ officiū cācellariatus parisi⁹ /cui indign⁹ deſuio/ qm̄ parisi⁹ sic tractanꝰ vie fidei ꝑ sacrā theologie facultatē/dū deferunꝰ freq̄nter a diuersis mūdi ꝑtib⁹ imo et a romana curia nōnunꝙ̄. q̄tinus habeaꝰ eiusdem facultatis doctrinale iudiciū. vbi nihil vnꝙ̄ agiꝰ de ꝑsonis nisi pri⁹ saltē discussū fuerit de doctrinis. ¶Cōscius suꝫ pterea mihi ipi, ꝙ final' intentio mea ē ad extirpatōꝫ errorū q̄ fieri pus potest ꝛ debꝫ ꝑ eoꝝ ꝛpro batōem doctrinalē seu iudicialē ꝙ̄ damnētur errātes. ¶Rursus tercio ꝯstat ꝙ liberi⁹ puri⁹ veri⁹ et citi⁹ exquiriꝰ ꝟitas ꝛ falsitas reprobaꝰ/dū ꝯstituit sola lex diuina iudex iuxta ꝯsideratōeꝫ Aristo. in pol'. q̄ ponit ī quā legē iudicē ponit deū. q̄ aūt addit hominē addit et bestiā. ꝛ h̄ dicit ꝓpꝰ sensualitatē bestialē. De q̄ Uirgilius in. vi. Hinc metuūt capiūt gaudentqꝫ timētqꝫ. ꝯformiter ad illō ꝓsaicū. Confusa sūt hic oīa spes metꝰ meror gaudiū. Quocirca ꝯsulit apō Boetiū ꝑhia Tu q̄ꝫ si vis lumīe claro cernere verū /tramite recto carpe callem/gaudia pelle /pelle timorē. Spēqꝫ fugato /nec dolor assit/nubila mens ē/vinctaqꝫ frenis Hec vbi regnāt. ¶Deniqꝫ ꝑ hūc modū salubri⁹ obſuaꝰ illud Aug. in regula ꝙ fiat correctio cū dilectōe ꝑsonaꝝ ꝛ odio viciorū. Nec inde videꝰ q̄ri q̄liscunqꝫ turbatio pacis. dñi q̄ꝫ iudices facili⁹ se expediunt si prius instituti erūt circa interesse fidei/ꝙ̄ q̄ ꝭm terminos iuris positiui/pus discutiant materiā tāꝙ̄ ꝓꝑhanā sup interesse ꝑsonali. Quod mōstrāt apte q̄nqꝫ menses ī tali discussiōe sola fere iā occupati. Uñ ꝛ nōnulli ex dñis ꝯmissarijs /sicut reuerēdissimus pater dñs cardinal' cameracē. et ipse ꝓmotor ꝯcilij. et h̄ intēdere quālibꝫ voluerūt. ¶Hāc ego modestiā conabor in actu ꝑsenti posseten⁹ obſuare/qō obsecro. neqꝫ mihi neqꝫ cause fidei sed fame q̄ discutitur officiat vl' obsit. Sciūt enī plīmi quēadmodū conati sunt aliq̄ iugiꝰ hāc materiaꝫ trahere ad ꝑsonalia in ꝑiudiciū nedū cause fidei sed fame ꝑ l'ras et aliter false lese/in quib⁹ diluendis si ꝭmo flecteret cognoscereꝰ apta veritas in elucidatōem clariorem cause fidei/et in laudē non mediocrē ipsaꝫ tractantiū aduersus obtrectātes. ¶Quamuis pterea nō sufficiēter extirpanꝰ errores vbi notorie ꝑseuerāt errantes. Nihilominus sperandū est ꝙ corrigerenꝰ omnes ad sentētiā concilij. Quid igiꝰ necesse ꝓuocare vel accusare ꝑsonaꝫ errantis si dānare satis est errores. ¶His itaqꝫ ꝑlocutis veniamus ad materiā q̄ nouē assertōnes cū suis approbatōib⁹ habet. C
Pro cuius intellectu faciliori ponaꝰ velut in vna decretali casus longus. dehinc breuis sub his l'ris. A b c. ¶Casus ē. C rex supmus habet a ꝛ b vasallos suos/quorū vn⁹ non erat subiectus alteri⁹/qui faciūt cōfederatōes ad inuiceꝫ iuramētis terribilib⁹ firmatas. B. ꝯducit homīes pceet precio qui ꝑ insidias pmeditatas interfici fecit ipsum. C nō diffidantem nec de hoc pmonitū/neqꝫ tale aliq̄d timentem et hoc inscio. C rege tādem. B factū auorat/et ꝓpōit se laudabiliter egisse /imo fecisse debitū suū erga deū et regē. Pro cuius iustificatōe ponit vel poni facit tanꝙ̄ ꝑ quibusdā regulis seu maximis nouem has assertiōes. Itaqꝫ ꝑ primam iustificat mortē ipius A. quia erat tyrānus vt dicit machinans ꝑ fraudes et sortilegia ac malū ingeniū in mortē sui regis. C. ꝛ maxime quia ꝑ ipm regē non poterat bono mō de ipo fieri iusticia. Per secundā assertioneꝫ dicit se autorizatū fuisse vt sic ageret per leges diuinā naturalē et humanā. Deinde ꝑ terciam ꝛ quartā iustificat sub regula generali tyrannorū ꝙ A. debebat viliter et per insidias mori. Rursus per quintā sextaꝫ ꝛ septimā iustificat ꝙ rex debꝫ eū auorare remunerare et bene famare per epl'as ꝛ aliter vbicunqꝫ. Perinde iustificat se nihil egisse contra pcepta dei bene intellecta nō ꝭm l'ram sed ad sensum suum. et hoc in octaua Postremo iustificat ꝙ in nullo ꝑiurus fuit/cōfederatōnib⁹ nō obstantib⁹. et hoc per regulam generalē in assertione nona datā.

¶Casus breuis. Quilibet tyrannus potest et debet licite et meritorie occidi ꝑ quēcunqꝫ vasallum suum vel subditum. etiaꝫ per insidias et blandicias vl' adulatōnes.

nõ obstãte quocũqȝ iuramẽto seu ꝯfedera/
tõe factis cũ eo/nõ expectata sñia vł man
dato iudicꝭ cuiuscũqȝ. ¶ Hic casus ꝙuis
sit decisus ꝑ hoc sacrũ conciliũ ꝙ est here
ticus/et sequat̃ ex tercia et q̃rta iũctis pri/
ma ⁊ vltima .nihilomin⁹ videt̃ aliq̇bꝫ di/
minute poni. ¶ Primo quia nõ loquit̃ de
autorizatione ꝑ leges diuinã naturalem et
hũanã. vt in scdã. ¶ Scdo nõ ponit ꝓdi/
ctos casus ꝙ virilit̃ vel ignominiose ⁊ subito
id ẽ sine diffidatõe debeat occidi. vt in ter/
cia ⁊ q̃rta. deĩde nõ ponit ꝙ rex dẽat auora
re remunerare ⁊ honorare /vt in q̇nta sexta
⁊ septima. Quarto dimittit assertiõeȝ octa
uã de falsitate sensus lr̃alis scptūre sacre. et
ꝙ q̇libet sit interpres vł epyekes ei⁹. Deni
qȝ silet ꝙ. C. rex supmus nõ habꝫ talẽ potẽ
tiã in suo regno ꝙ de. A. vasallo suo ñ pos
D sit facere iusticiã. ¶ Querit̃ nũc si he noueȝ
assertões in forma sicut sũt veniũt iudicio
fidei reprobãde: Et ꝙuis questio hec ma
teria determiata sic ꝑ iudices fidei inferio
res de ꝯsensu et approbatiõe ipi⁹. C. regis
⁊ fere totius cleri ex his nouẽ assertõibꝫ tã
ꝙ contentus ĩ eis sufficiẽter licȝ diminute
sicut patere videt̃ intuẽtibꝫ diligent̃ ꝓmaȝ
terciã q̃rtã et vltimã assertões nostra q̃stio
decisa ẽ ꝑ h̃ sacrũ conciliũ dũ dãnauit istã
quilibȝ tyrãnus ⁊c. velut hereticã. nihilo/
minus ponet̃ hec q̃drimẽbris conclusio.
¶ Nouẽ assertões cũ suis reprobatõibꝫ iu
dicialit̃ iudicate spectãt ad fideȝ etiã expli
cite. Et sunt due ꝑut in scedula cõtinet̃ ra
tionabilit̃ qualificate. Potuerũt insuꝑ per
doctores et ordinarios locoꝝ doctrinalit̃
⁊ iudicialit̃ ꝯdemnari. Sũt deniqȝ ꝑ hoc
sacꝝ ꝯciliũ vel ꝑ sedem aplicã de necessita
te salutꝭ reprobãde. et hoc ꝟe vel interp̃ta/
tiue. ¶ Ex cuius ꝯclusiõis ꝓbatõe que spe
ctat ad theologiã maxie de interesse fidei/
poterit facilit̃ apparere q̇d de interesse ꝑso
nali sentiẽdũ vel agendũ erit ꝑ scientiã ca/
nonicã. ¶ Sȝ ꝓusq̃ s̃mo ꝓgrediat̃ vlteri⁹
tollendũ est q̃druplex scandalũ qđ nobis
ratiocinatõis iter agentibꝫ posset obsistere
⁊ aures aliq̇rũ q̃relis opilare vt obsurdesce
rent ꝟitati. ¶ Ecce inq̇t q̃rela vna /quãta vi
lificatio fidei. quanta dep̃ssio catholice do
ctrine. vt in q̇libet verbo vł actu dicat̃. hic
est error in fide. hic est heresis. Rñsio bre/
uis/deputet̃ hoc errãtibꝫ q̇ pri⁹ ad ea q̃ fal/
sa erãt scripturã sacrã ⁊ fidem ꝓtrahere co
nati sunt repugnãtẽ. Hinc ista fidei vilifi/
catio. hinc ꝯculcatio ꝟitatis catholice/ñ a
defendentibꝫ eã ne talit̃ conculcet̃. ¶ Ecce
inq̇t alioꝝ q̃rela ꝙ nihil hic fit amore fidei
sȝ odio ꝑsonali vł rancore/sȝ fauore inordi
nato/sȝ partialitate. Sed ꝑfecto oĩm ille
infelicissim⁹ iudicãdus essȝ /et mĩsabilior
omnibꝫ hoĩbꝫ. qui cũ certissimis incõmo/
dis nedũ bonoꝝ tp̃alium sed ꝓprie vite ꝑi
culo tẽderet in infernũ. ⁊ quõ tẽderet: vtiqȝ
ꝑ pctm̃ odij vł fauoris inordinati. qꝛ stipẽ
dia peccati mors/non q̃cũqȝ sed et̃na. Ce/
terũ nõ q̇s in hac re loquit̃ vel quo aĩo lo/
q̇tur/ sed ꝙ veꝝ sit quod loq̇tur attendere
vos ꝯcernit. ¶ Ecce rursus q̃rulant̃ alij/vi E
dete qꝛ nihil hic cũ modestia vel prudẽtia
talis aut talis agit sed innitit̃ fantasie ꝓꝓe
⁊ famositati. Maledictus furor ei⁹ qꝛ per
tinax. et emulatio qꝛ dura. cui tales ⁊ tales
de illa natõne vel facultate ꝑ lr̃as vel aliter
ꝯtradicũt. Attꝫo consolat̃ exemplũ christi
quẽ ob ꝓdicatõis feruorẽ sui etiã parentes
dixerũt in furorẽ ꝟsum esse. Et de ꝓphet/
cis prioribꝫ viris inuenim⁹ dictũ vni. q̇d
q̃rit insanus iste: Deniqȝ ꝑfecto/ qui dice/
re potest cũ ꝓpheta dño. Consiliũ meũ iu
stificatõnes tue. ille iã nõ ꝓprio capiti /fa/
mositati vel imprudẽtie inniti dicendus ẽ
sed solidissime veritatis auctoritati/ꝙuis
in hac parte si testimoniũ hoĩm recipim⁹
illud abundanti⁹ longe est ꝓ nobis tã nu
mero ꝙ merito. ¶ Cõquerunt̃ ad extremũ
q̇dam. Ecce inquiũt quanta regni christi
anissimi diffamatio in q̇ tot errores exorti
dicunt̃ et famant̃. Immo vero responsum
habeat q̇squis hoc obijcit ad obprobriuȝ
quod ad singularẽ ⁊ incõparabilẽ laudem
eiusdem regni et incolarũ cedit ista errorũ
nõ quidẽ publicatio/sed virtuosissima de/
bellatio. que neqȝ ꝓprio sanguini neqȝ dis/
criminibꝫ innũeris/neqȝ prope parcit vite
q̃ndo ꝓtinus vt errores ĩ eodem regno ca
put vt ita dicamus exerere. vel innoxium
germen erũpe ceperint. Obseruet̃ illud de
psalmo. Filia babylõis misera /beat⁹ q̇ te/
nebit et allidet paruulos suos ad petram.
Et illud de Nazone. apprime dũ noua sũt
praui mala semina morbi. Est enĩ hũanuȝ
peccare. sed vere diuinũ confestim a pecca
tis resurgere/eaqȝ ꝓterere virtutis forti pe
de. ¶ His itaqȝ scandalis ne ꝑgentibꝫ no/
bis ad veritatis inquisitõnem noceant eie
ctis Deducem⁹ primã partẽ ꝯclusionis ex
multiplici radice ⁊ ꝓncipalit̃ inuestigãdo

principaliter doctrinaliter radicaliter q̄d p̄ce sit fidei. ꝛ vnde q̄s denoīatur fidel' catholic⁹. Et ex opposito q̄d sit error in fide vl' heresis ꝛ q̄s denoīatur errās in fide vl' heretic⁹ ¶Et p̄mo reiectis p nūc acceptiōibꝫ alijs de fide/ qꝛ fides aliq̄n dicitur sponsio.i.Thimo.v. qꝛ p̄mā fidem irritā fecerūt. Et q̄nqꜫ fidelitas. Prouerb. Et virū fidelē q̄s inueniet Q̄nqꜫ ꝯscia Rom.xiiij. Omne qđ n̄ est ex fide est pctm̄. Q̄nqꜫ sacramentū fidei. Aug. ad Bonifaciū. Quid ē puulos hr̄e fidem nisi fidei sacramētū: Accipiam⁹ descp̄tōez fidei de q̄ locuturi sum⁹ ex v̄bis apl'i ad Roma.x. vbi dicit/ q̄ fides ē ex auditu/ audit⁹ autē p v̄bū dei. Unde sicut Aristo. describit sciam q̄ est habitus firm⁹ p demōstratōem acq̄situs. sic pōt describi q̄d sit fides q̄ ē habit⁹ firm⁹ et verus p auditū v̄bi dei acq̄situs. Et vocatur hic v̄bū dei scp̄tura sacra/ vel inspirata vl' p̄dicata vl' scp̄ta seu lecta. ¶Pro cui⁹ descriptōis declaratōe sciē- F.
dū. q̄ sicut sciētia m'tipliciter accipitur/ sic ꝛ fides q̄tū spectat ad p̄positū. ¶Accipitur em̄ q̄nqꜫ sciētia p habitu/ vt d̄scriptū ē. q̄nqꜫ p assensu ex tali habitu p̄cedēte. q̄nqꜫ p obiecto illi⁹ habitus vel actus. et h̄ dupliciter sicut est duplex obiectū qđ scimus. Unū est ꝯclusio demonstrata mētal' vocal' vel scripta. Aliud est res significata p conclusiōez Unū vocatur obiectū materiale. aliō formale/ s̄m Tho. ¶Ampli⁹ sciētia q̄cūqꜫ p̄dictorū modoꝝ accipiatur solet sumi dupliciter. Uno mō p vnico vel simplici tali habitu vl' actu vel obiecto. Alio mō p collectōne multoꝝ hm̄oi habituū vel actuū vel obiectoꝝ. Quēadmodū dicim⁹ phisicā eē vnā sciam/ sic metaphisicā/ sic medicinā. ꝛ sic d' alijs. ¶Cōformiter ad p̄dictas distinctōnes dicim⁹/ q̄ accipitur fides q̄nqꜫ p habitu/ et sic data est descriptio. Q̄nqꜫ p actu ex tali habitu p̄cedēte/ ꝛ p̄p̄e p īteriori assensu fidei. improp̄e p actu exteriori q̄ ex h̄ interiori p̄cedit. quēadmoduꝫ dicimus. iste fideliter agit. Rursus accipitur fides p obiecto fidei scꝫ p̄positōne credita. sicut est iste articul⁹. Deus ē trinus et vnus. aut etiā res p hanc p̄positōem significata. sicut d'r. deus est fides mea. Et hic d' cōplexe significabilibꝫ h̄ri s̄mo possit quem obmittim⁹. ¶Postremo fides accipitur q̄libet modoꝝ p̄dictorū q̄nqꜫ pro vnico habitu vl' actu vl' obiecto. q̄nqꜫ p collectōe plimoꝝ vl' oīm. quemadmodū in symbolo apl'oꝝ/ vl' athanasij vl' concilij niceni/ vl' sacre scp̄ture dicim⁹ fidem catholicā ꝯtineri. Un̄ et sic loq̄tur athanasi⁹ dicēs. Quicūqꜫ vult salu⁹ eē an̄ oīa opus ē vt teneat catholicā fidē. Et de pticulari fide subiūgit. fides aūt catholica h' est/ vt vnū deū in trinitate ꝛc̄. ¶Cōseq̄nter notādū ē/ q̄ fides p habitu dupliciter accipitur p infuso scꝫ ꝛ p acq̄sito. sicut ē etiā vna scīa habitual' infusa. ptꝫ hoc in christo ꝛ salomōe. Alia acq̄sita q̄liter descp̄ta ē q̄ est habitus firmus p demōstratōem acquisitus
¶Dicamus ꝯseq̄nter p declaratōe descp̄ti- G
onis p̄misse de fide habituali acq̄sita q̄ īfusam p̄supponit vl' eidē innititur ꝛ ab ea īformatur si pfecta ē q̄ fides dicitur habit⁹ firmus. ad differētiā opiniōis vel suspitōis incerte/ sicut ponebat petr⁹ abelardi p beatum Bern̄. in h̄ redargutus. Nec aūt firmitas vl' certitudo alia ē a certitudīe spei/ quoniam vna respicit intellectū/ affectum altera. Tho. dicit q̄ certitudo ē ex volūtate figente intellectū. ¶Additur in descriptōe ver⁹/ ad d̄ntiā habitus heretical' ficti/ qualē habēt heretici. ¶Subiūgitur tāqꜫ p differētia specifica ad alios oēs habit⁹ intellectuales p auditū v̄bi dei acq̄situs. Pro q̄ notādū ē q̄ rō specifica fidei ē q̄ accipiat certitudinē suā/ et v̄itatē illustratiuā intellectus humani ab auctē diuīa. qꝛ scꝫ de⁹ ita iussit vl' reuelauit mediate vl' īmediate p v̄bū suūꝫ inspiratū interi⁹ vl' exteri⁹ p̄dicatū audituꝫ vl' lectū. Et sic loquitur Tho. et antiq̄ q̄ formalis ratio omniū credibiliū vna est .s. veritas prima. ita q̄ assentire aliter nō est ptinens ad fidem. Et hic req̄ritur fides infusa ad assentiendū catholice. et hoc fieri n̄ pt̄ si quis errat in vna tali veritate ptinaciter. quia iam deest sibi ratio formalis credēdi. alioq̄n nō esset ptinax. ¶Hinc oritur differētia certitudinis fidei ad certitudinē sciētie. q̄m̄ illa sumitur ab extrinsecis m̄. mō p locū ab autoritate. altera deducitur ab intrinsecis sicut p locū a diffinitōe et similibꝫ. ꝛ ita habem⁹ certitudinē vnā ab extrinsecis/ q̄leꝫ habet fides. alterā ab intrīsecis qualē habꝫ sciētia. Et hoc sufficit ad p̄positū de certitudine/ nō intrādo sermonē de alijs habitibus certorū p̄ncipiorū tam intellectualiū q̄ moraliū in q̄bus est certitudo euidentie experiminis. In alijs p experientiā. ī alijs p q̄ndā adherētiā volūtatis stabilientis se ac figentis in aliquo a quo nō vult dirimi. sicut diceremus hoīem innitentē muro solido

certū esse. q̄lit etiā dicim⁹ ꝙ certa est ī deo
spes nr̄a/charitas nr̄a/timor nr̄/et ita de
reliq̄s ad affectū spectātib⁹. Fortassis aūt
ꝙ ip̄a fides certitudinē suā sic accipit ex vo
lūtate q̄ d̄o iubēte seu reuelāte credere vult
D īmobilit. credere aūt nō p̄t nisi volēs ¶Ex
q̄ fit vt fides ⁊ habeat meritum ⁊ captiuet
omnē intellectū in ei⁹ obsequiū q̄ntūcūq̄
videant̄ rōnes p̄hice/vl' hystorice seu grā
matice seu fantastice fidei repugnātes. ⁊ ꝙ
ip̄e sint nulle saltē ab intrīsecis sūpte. Ex q̄
fit p̄terea ꝙ mō viceuersa vt ip̄am fidē ne
q̄ expiētia neq̄ intelligentia necessario tol
lat vl' euacuet. q̄m sic innitit̄ aucti p̄me si
ue habeat euidētiā rōis. siue nō habeat eui
dentiā/credens ī autoritatiua ⁊ nō alta p
manet firmitate. Vñ Tho. exp̄sse scd'a .ij.
q.ij. ar. x. ī rn̄siōe ad p̄mū argumētū sic ait.
Qñ hō hab3 volūtatē credēdi ea q̄ sūt fi
dei ex sola auctoritate diuīa/etiā si habeat
rōem demōstratiuā ad aliq̄d hoꝝ. puta ad
h̄ qd̄ est deū eē/non p̄pt h̄ tollit̄ vl' minuit̄
meritū fidei. hec ibi. Ex q̄ fit insup ꝙ fides
p̄t in patria manere cū visiōe btā. vel h̄ in
via p raptu/q̄lis fuit ī paulo/cū intelligen
tia clariori fide/qualis fuit ⁊ est ī doctori
bus ꝯtēplatiuis/⁊ p anagogicos excessus
illustrat3 mirabilit̄ a mōtib⁹ etnis. Nec ob
uiat illd̄ ap'li. Fides ē substātia reꝝ sperā
daꝝ/argumētū nō apparētiū. Nec illd̄ gre
gorij. Fides nō h3 meritū vbi hūana rō p̄
bet expimētū Qm̄ rn̄sio p3 ex p̄missis acu
te p̄esatis. Pro q̄b⁹ facit exēplū illd̄ qd̄ de
ista. triangul⁹ h3 tres angulos eq̄les duo
bus rect3/p̄t idē hō p̄us h̄re certitudinem
ex aucte dicētis q̄lē non op3 eū dimittere
habita postmodū certitudie alteri⁹ gener3
ex demōstratōe vel expientia fūdata. ¶De
niq̄ deducit̄ ex p̄missis p re quā intēdim⁹
ꝙ p̄ncipia tā intellectualia q̄3 moralia [illegible]
ꝯclusiōes ex eis demōstrate. similit̄ ꝓposi
tōes p̄hice p expientiā habite p̄nt cadere
sub fide q̄m tradi p̄nt a deo iubēte ⁊ auto
rizāte. sic ꝙ det̄ assensus eis/nō q2 sunt eui
dentes. sed q2 sic de⁹ iubet reuelat aut dic
put eccl'ia catholica vel scp̄tura sacra nob
tradit. Vñ ꝯseq̄nt̄ ad h̄ dici p̄t nō irrōna
bilit̄ ꝙ fides h̄ in via semp ē quodāmodo
nō apparētiū sub rōe formali vel obedien
tiali ip̄i⁹ fidei. q̄m lic3 v̄itas p̄ma sit de se
euidētissima ⁊ certissima cui innitit̄. nihilo
minus ꝙ veritas hec p̄ma tradiderit cre
dibilia ineuidētia/vel alia q̄lib3 ad creden
dū/scit̄ ex sola fide eccl'ie vl' scripture sacre
oz. s. eccl'ia et scp̄tura sacra nob ita tradūt.
Unde ꝙ thobias habuit canē ⁊ abraā fi
liū potuit eē notū p expientiā/⁊ ita de inūe
ris. Sed ꝙ iste v̄itates sūt nobis a d̄o tra
dite p scp̄tores libroꝝ continentiū talia. et
creditū ē nō scitū nec euidēs. ¶Altera disti I
ctio/q̄dā sunt pure de fide ⁊c. ⁊ ꝯtinet q̄tu
or ḡdus. Quedā ptinētia/q̄ꝝ opposita sa
piūt heresi3. quedā imptinētia. tractatu d̄
fide. c. ij. ¶Cōsonāt nr̄e descp̄tōi descripti
ones alie. vna ē ap'li ad Heb. xi. Fides est
substātia. i. fūdamētū reꝝ q̄s speram⁹. que
sunt de⁹ et christ⁹/et in q̄s tēdim⁹ p amo
rem. argumētū. i. certitudo nō apparentiū
vel in se vl' in ratōe obiectali. s. matial3 aut
formalit̄ vt dictū est. Itē Aug⁹. in li. de p̄
destinatōe. Fides ē cogitare cū assensione
ea q̄ ad christianā ptinent religionē. Item
Isid. Fides est q̄ veracit̄ credimus id qd̄
nequaq̄3 videre valemus. Itē Chrisosto.
Fides est scīssime religiōis fundamentū
Itē magistralit̄. Fides est v̄tus q̄ ea q̄ ad
fundamentū religiōis ptinent recte firmit̄
q̄ credūt̄. ¶His itaq̄ ꝓposit3 ac declara
tis q̄ in longi⁹ trahi p̄nt/dicam⁹ ꝯseq̄nt̄ ꝙ
in ꝓposito nr̄o fidem accipim⁹ obiectiue
p collectōe oī3 credēdaꝝ ꝓpositōnū et ha
bitu fidei/put descp̄sim⁹. ¶Unde stati cō
cludit̄ v̄itas p̄me ptis nr̄e conclusiōis p̄n
cipal. ꝙ he noue assertōes q̄ spectāt ad di
uina p̄cepta sunt de fide. notādo tamē illd̄
Aristotelis. ꝙ oppositoꝝ eadem ē discipli
na. ¶Deniq̄ pro declaratōne maiori pla
cet annotare ad q̄s moralia precepta ī for
ma vl' affectu articulos symboli specula
tōnis reducantur. quāuis ita sit ꝙ cuilib3
p̄cepto corrn̄det dictamen practicum ve
rum. quod ita credendū ē sicut articul⁹ fi
dei in speculatiuis. Huic p̄cepto. diliges
deum corrn̄det istd̄ dictamē. de⁹ est diligē
dus. ⁊ isti nō occides. ꝓxim⁹ nō ē occiden
dus. Glo. ꝓpa volūtate. ⁊ ita de reliq̄s Di
cam⁹ g̃ ꝙ iste articul⁹ ē de articul' ꝙ christ⁹
est deus verus de deo vero. quicq̄d igitur
iubet faciendū est. Iubet autē p̄cepta leg3
Non occides ⁊c. Et Mat. ij. et. xxvi. ⁊ ali
bi multis locis. ergo ⁊c. Itē articul⁹ est ꝙ
sacre scripture sunt vere. quia ꝓducunt̄ ī te
stimoniū resurrectōis/ibi. s̄m scripturas.
tradunt autē scripture decē p̄cepta igit̄ ⁊c.
Itē articul⁹ est ꝙ sp̄ūssctūs locutus est p
ꝓphetas. q̄cq̄d igitur ꝓphete dicūt p ip̄m

verũ est. Fuit aũt moyses pp̄heta q̄ tradi
dit decẽ p̄cepta legis/imo et christ⁹ fuit ĩl
le pp̄heta magn⁹ de q̄ Deut. xviii. q̄ fuit
plen⁹ grẽ et v̄itatis. ꝛ p quẽ v̄itas facta est
Itẽ in duob⁹ p̄ceptis de dilectõe dei ꝛ pri
mi q̄ tradidit xp̄s multis locis/tota lex pẽ
det ꝛ pp̄hete. Sũt igit̃ de lege ꝛ pp̄het̃ et
ↄ̄sequent̃ oĩa moralia p̄cepta q̄ deducũt̃ ex
ipis. Itẽ finis legis s̃m apl'm ẽ dilectio/ꝛ
vt vnã vitã eternã ↄ̄seq̄mur. Hoc aũt face
re nõ possumus nisi seruando p̄cepta. Si
vis ad vitã ingredi serua mãdata Et iterũ.
hoc fac ꝛ viues. Itẽ ad aliã p̄tẽ articuli q̄
dicit/ꝛ ppter nr̃aʒ salutẽ/q̄ salus nõ habet̃
sine p̄ceptoꝝ obseruãtia. ptinẽt igit̃ ad hũc
articulũ vitã eternã salutẽ reductiue. Iteʒ
q̄d̄libet p̄ceptũ ĩcludit in se dictamẽ rectũ
s̃m q̄d̄ fit bonus actus p̄cepti/sicut hoc p̄
ceptũ Nõ occides hʒ istud dictamẽ/non
licet occidere/fundatũ in h̄ vniuersali p̄ce
pto. Nõ facias aliis q̄d̄ tibi fieri non vis.
q̄d̄ p̄ncipiũ ẽ de scriptura sacra Math. vii.
ꝛc̃. Itẽ articulus ẽ q̄ ẽ vna eccl'ia catholi
ca ꝛ apl'ica. i. fũdata in doctrĩa aploꝝ q̄s
spũs sc̄tũs docuit oẽʒ veritatẽ/ꝛ docere nõ
cessat successores/ꝛ ideo eccl'ia nõ põt erra
re/ꝛ ita q̄cq̄d iubet est veꝝ. Iubet aũt de
K cẽ p̄cepta ꝛ ↄ̄clusiones ex eis/ergo ptinent
ad hũc articulũ vnã sc̄tãʒ eccl'iaʒ. ¶ Ampli
us tercio deducam⁹ p exẽpla ꝛ heresis de
scriptõem oĩs heresis ptinet ad fidẽ. quia
s̃m Hieronũ. heres ẽ dogma falsũ fidei or
thodoxe ↄ̄triũ. Constat aũt ex det'miatõne
eccl'ie q̄ m'lte assertõnes iudicant̃ heretice
q̄ sunt circa p̄cepta moralia tm̃mõ. Exem
plũ d̄ ista. vsura nõ ẽ pctm̃ mortale. Iteʒ
de ista. fornicatio simplex nõ ẽ pctm̃ mor
tale. Itẽ de ista. nõ est illicitũ tenere vxoreʒ
fratris sui. p q̄ iohẽs martyr fuit Item de
ista. licitũ est vnicuiq; nõ misso imo p̄hibi
to p̄dicare. Itẽ de ista. ppl'ares pñt domi
nos suos ad libitũ corrigere. Itẽ q̄libʒ ty
rann⁹ ꝛc̃. q̄ nup d̄ãnata ẽ vt heretica. Itẽ
generalit̃ nulla ppositõ ẽ v̄a/q̄ nõ possit fi
eri catholica/dũ. s. tradit̃ credẽda in sacra
scriptura/sic̃ ad ppositũ dic̃ Hiero. q̄ apo
stolus de v̄su ethnico vel poetico fecit ca
tholicũ dũ ait. Corrũpunt bonos mores
cõfabulatõces pessime. Vñ q̄d min⁹ de fi
de videt̃ q̄̃ q̄ thobias habuit canẽ ꝛ aarõ
barbã. et tñ q̄ nũc negaret ptinacit̃ esset he
reticus/q̄z repugnaret isti articulo. Scrip
tura sacra ẽ vera ĩ se ꝛ ĩ suis ptib⁹. fallit igit̃
hec argumẽtatio. h̄ nõ ẽ de credibilib⁹ nr̃e
fidei explicite/igit̃ nõ est de fide ꝛc̃. ¶ Se
q̄tur ex p̄missis q̄ geometria et ph̄ia pñt
esse et sunt philosophabilia aut geometri
cabilia. Sec⁹ de moralib⁹ q̄m̃ illa faciũt
ad vnitatẽ eccl'ie q̄ debʒ esse vna. nedũ vni
tate sacramẽtoꝝ ꝛ credibiliũ ineuidẽtiũ/sʒ
etiã actõe ꝛ ↄ̄uersatiõe pacifica ĩ agibilib⁹
moralib⁹ naturali lege cognitis. ita q̄ vni
tas eccl'ie p̄supponit vnitatẽ moralẽ. ¶ No
ta de fide q̄ supeminet rõi sp/sicut oleũ aq̄.
sic q̄ incipit fides vbi rõ desinit. ꝛ nõ põt
tãtũ crescere rõ natural' q̄n supemineat fi
des ei ꝛc̃. ¶ Itẽ ↄ̄stat s̃m pl'imos doctores
q̄ expediuit tradere m'lta ad credẽdũ gene
ralit̃ oĩb⁹ ppl'is/q̄ꝝ aliq̄ sunt euidẽtia do
ctis ad deũ esse Et h̄ ppt̃ errores ph̄oꝝ ꝛ
alioꝝ. sicut in pposito de p̄cept̃ moralib⁹
q̄ licʒ sint euidẽtia bene disposit̃ in iudicõ
rõis/tñ ex ↄ̄suetudĩe puersa ꝛ aliũde mul
ti ↄ̄tigũt errores. vt stoyci dixerũt esse op⁹
maxie v̄tut̃ se interficere. ꝛ in q̄busdã regiõi
b⁹ dicũt esse religiosũ occidere pentes senes
ꝛc̃. ¶ Itẽ d̄ multitudĩe vxoꝝ/de furt̃/rapi
nis/de adulteriis/in q̄b⁹ errãt hoĩes/nisi
p legem diuinã doceant̃. exẽplũ possʒ po
ni ĩ casu nr̃o p̄ñti ꝛc̃. ¶ Nota tñ q̄ ad assen
tiendũ catholice cuicũq; v̄itati q̄̃tũcunq;
sciat̃ p expientiã vl' demõstratiõem req̄rit̃
fides ĩfusa q̄ mõstrat ꝛ oñdit rõeʒ obiecta
lẽ credendi. istã q̄ de⁹ talẽ veritatẽ tradidit
aut iussit p se immediate vel p eccl'iaʒ aut
scripturã sacrã. ¶ Nota quõ nulla ẽ noua L
heresis. et q̄ determinatio pape nõ est ni
si declaratio vel adiectio pene. Nota ockã
libro sc̄do prime partis p totũ. Nota q̄d
est explicite de fide illõ scilicʒ q̄d vere ꝛ cla
re seq̄tur et his que sũt pure de fide ꝛ expli
cite continent̃ in scriptura. Vñ q̄ christus
habuit neruos nõ explicite sub hac forma
Similiter q̄ nõ omnis m'lier habẽs capil
los rufos nõ potest interfici a q̄cunq;/sed
sequunt̃ euidenter ex scriptura. ¶ Nota q̄
nulla est querela dominoꝝ tẽporaliũ quin
possit ad conciliũ deduci generale termi
nanda/si reducat̃ ad licitũ et illicitũ/iuxta
consideratione vltimã illius sermõis. pro
sperum iter ꝛc̃. ¶ Deinde notandum est q̄
in hoc actu plurime ratõnes sunt inducte
ꝛ ad declarationẽ secunde partis. Sed q̄
niam alibi sunt tam epilogando q̄̃ latiori
sermone deducte/istic cõmittũtur. ¶ Tan
dem reuolando ad principium/recitabat̃

quēadmodū festus ad paulū se defenden tē dixit/insanis paule/mlte te lr̄e ad insaniam ꝯuertūt. Nō insanio rn̄dit paul⁹ optime feste ſʒ veritatis et sobrietatis v̄ba eloquor. Dehinc ꝯuersus ad agrippā. credis inq̄t rex agrippa ꝓphetis? scio ꝙ credis. Sic longe ampli⁹ habeo fas dicere vnicuiqꝫ vr̄m. O reuerēdissimi p̄res et dn̄i ac doctores omni sapiētia ꝛ doctrina plenissimi ꝙ crediꝭ ꝓphetis. Illi aūt testimonium dāt de decē p̄ceptis ꝛ de seq̄lis coꝝ ꝙ diuia v̄itate fundata sunt ꝛ ad credenduꝫ licet itelligant̄ ī ꝓposita. Grās igit̄ agēs q̄ patiēter vt obsecratio facta erat me audistis. Sit exoro merces vr̄a deus/q̄ q̄d retribuā nō habeo. Credite vt faciꝭ v̄itati. et tp̄e liberabit vos/et in eterna tabernacula sua luce ꝑducet. Prestante eo ꝑ queꝫ v̄itas et gr̄a facta ē iesu christo q̄ est deus bn̄dictus in secula Amen. ¶ Finit

Alius sermo eiusdem. Contra assertōes mgr̄i Johis parui circa p̄ceptū Non occides

o Portet hereses esse sicut dicit apl's. i. Chor. xi. vt q̄ ꝓbati sunt manifesti fiāt in vob. probati inq̄ ꝑ fidē in intellectu. ꝑ charitatē in affectu. ꝑ exercitationē in effectu. Prouidētia nimirū diuine sapiētie/q̄ attigit a fine vsqꝫ ad finē fortiter suauiterqꝫ disponit oīa Sap. viij. nō sineret mala fieri (teste Aug.) si nō possꝫ sciret ꝛ vellet īde bona elicere/disponēs fineꝫ amoris ꝯuersi ad finē finis boni atqꝫ gloriosi. quod vidit apl's dū ait. Scim⁹ q̄niaꝫ diligentib⁹ deū oīa coopant̄ ī bonuꝫ. Et sic oīa (inquit Guido carth.) vt etiā aliena mala īmo et ꝓpa dum ex pctō ꝯsurgit q̄s hūilior. ¶ Fit aūt hic ex heresib⁹ h̄ salubre q̄tinus sicut corde credit̄ ad iusticiā/ita fiat ore ꝯfessio ad salutē. ad Roma. x. ꝯfitendo. s. fidem suā extrīsecus/qꝺ cadit sub p̄cepto obligante ad sp̄ nō ꝑ sp̄. nisi casibus certis/q̄ p̄nt ad p̄sens q̄ttuor noīari. Un⁹ est corā infidelib⁹ et tyrānis sic̄ tp̄e martyꝝ. Alter corā ꝑfidis hereticis/vt tp̄e doctoꝝ. Terci⁹ ad testificādū vl' rn̄dendū sicut fit corā iudicib⁹. Quartus doctrinalit̄ ꝛ iudicialiter erudiēdū. sicut fit a p̄latis ꝛ doctorib⁹ In casu p̄mo exercet̄ patiētia vti hymnus loquit̄. In scḋo sapiētia ꝛ plerūqꝫ cōstantia/iuxta dictū Augustini. In tercio

meritū acq̄rit̄. vt dū petr⁹ rn̄dit. tu es christus filius dei viui. dicit glosa ꝙ h̄ fuit ad meritū. In q̄rto doctrinale et pastorale officiū exercet̄. Joh. x. et Mat. vij. ꝛ Malachie. ij. et. i. Petri. iij. ꝛc̄. Ex q̄ distinctione ꝯtinus elicit̄/ꝙ q̄ ꝯfessio fidei fit extrīsecus ad salutē nedū ore ſʒ etiā gestu vl' ope vt assistēdo ꝯfitētib⁹ vl' docentib⁹ v̄itateꝫ. Illi p̄res reuerēdissimi ꝛ ceteri q̄ p̄ridie remāserūt cū alijs assistentib⁹. quiqꝫ nūc remanēt vl' assistūt collaudādi sunt tāq̄ bn̄ q̄ audiūt v̄bū dei. sit eorū merces copiosa deus. q̄ q̄d retribuā nō habeo. Qui ex deo est (inq̄t christus) v̄ba dei audit. Timēdū est qꝺ seq̄tur refugiētib⁹. ꝓptea nō audiꝭ q̄ ex deo nō estis. Sed rep'mo. ¶ Cohortor aūt ꝑ illud apl'i ī ep'la dn̄ice currentis originalit̄ ad Eph. v. Nolite fieri imprudētes sed intelligētes q̄ sit volūtas dei. vt dicam⁹ ei. Fiat volūtas tua sicut ī celo et in terra. qꝺ vtiqꝫ ꝓhibet fieri triplex sapīa terrēa aīalis diabolica. Elicit̄ p̄tea ꝙ si q̄s voluerit testimoniū sue fidei palā dicere. q̄sq̄s ille fuerit p̄ ꝑ̄tim eruditus audientia sibi publica dari debꝫ. meret̄ insup dū ffugit esse doctor noctur⁹ ꝛ in angul'/alit̄ q̄ Nicodem⁹ q̄ venit ad deum nocte. Trepidos nēpe ꝛ obscuros sue fidei ꝯfessores arguit christ⁹ dicēs. q̄ in tenebris audistꝭ p̄dicate sup tecta/q̄ q̄ me erubuerit Lu. ix. ꝛ s̄mones meos ꝛ filius hoīs erubescet eū corā angel' dei. Itaqꝫ sit fides vniuscuiusqꝫ in ore/sit in oculis/sit in frōte. ¶ Ex quibus ita ꝑlocutꝭ ꝯtinus eliceret̄ v̄itas duplicis vltime ptis nr̄e cōclusiōis q̄drimēbris al's posite/q̄ tal' ē. ¶ Nouē assertōnes cū suis reprobatōnib⁹ iudicialit̄ nunciate spectant ad fidem etiā explicite. Et sunt ꝑut in scedula continent̄ rōnabilit̄ q̄lificate Potuerūt insup ꝑ doctores et ordinarios locoꝝ doctrinalit̄ ac iudicialit̄ condēnari. Sūt deniqꝫ ꝑ hoc sacꝝ conciliū vl' ꝑ sedē apl'icā de necessitate salutis reprobāde. et h̄ vere vl' interp̄tatiue. ¶ Ad elucidatōneꝫ ponebat̄ casus lōgus dās intellectū de a ꝛ b vasallis cregis. Addit⁹ ē casus breuis iste. q̄libet tyrānus ꝛc̄. ꝓposite sunt q̄ttuor conclusiōes/rn̄sū est ꝑ ꝯclusiōem hāc quadrimembrē tā firmit̄ ī s̄mone q̄ certitudinaliter apud me est ī corde. q̄ qꝺ scim⁹ loq̄mur. et credidi ꝓpter qꝺ locutus sū. Nā ꝛ vbi intēderis (ait Juli⁹ cesar) ingenium valet Nemo aūt facere metuit s̄m vegetiū

quod optime didicisse cognoscit. Unde bñ
loq̄ dixit socrates/nil loq̄re nisi quod bene
didiceris.

P c Et q̄dem pma pars ɔclusiōis suf/
ficiēter pbata ex plib⁹ fortē vbis q̄
necesse fuit eruditis in theologicis
smonib⁹ sed forte nō plib⁹ q̄ oportue
rat p nō eruditis. Itaq̄ deducta ē hec pa
rs q̄druplici radice. Ex fidei descriptiōe que
est habitus certus et ver⁹ p auditū vbi dei
acq̄situs. ad Ro. x. et Hebre. xi. Cui⁹ fidei
obiectū est ppositio credenda. vel collectio
pluriū ac omniū credendoꝝ/ sicut accipit
Athanasius in h̄ symbolo Quicunq̄ tc.
Alias fidei acceptiōes reiicio nisi p q̄nto fi
des infusa req̄rit ad credendū catholice.
¶ Dehinc scripture sacre testificatiōne quo
niam oia i sacris scripturis biblie ɔtēta for
malit vel finalit z in effectū. et p ɔsequēs
decē p̄cepta sūt de fide. qm̄ cū opposita as
sertiōe ptinaci nō stat fides. Unde Gratian⁹.
Ius naturale ē qd̄ i lege z in euāgelio cō/
tinet/quo q̄sq̄ iubet facere quod sibi vult
fieri. z phibet inferre qd̄ sibi nolit fieri. De
hinc ex eccl'ie obseruatiōe q̄ damnat vt here/
ses nedū illa q̄ ɔriant articul' speculatiuis
nr̄e fidei. vt ista/ de⁹ est. verūetiā ɔriant pn
cipiis et dictaminib⁹ p̄cticis. vt q̄ de⁹ est
diligend⁹ sup oia. z pxim⁹ sicut nos. In
q̄bus duob⁹ tota lex pēdet et pphete. q̄ vti
q̄ lex ē fides nr̄a vel de fide. Unde in scriptu
ris sacris Augustino teste quicq̄d alibi no
xiū est dānat. Deniq̄ ex heres descriptiōe
quā Hiero. dicit esse dogma falsum fidei
orthodoxe ɔriū. Et illic habita ē distictio
q̄ q̄dam sunt pure de fide sub q̄druplici g
du. quedā ptinent ad fidē z opposita sapi
unt heresim. q̄dā sunt impertinētia. q: n̄ ap/
paret q̄ repugnāt vel sequant ad fidē. In
ferebat h̄ corollariū q̄ hec ɔseq̄ntia ipossi
bil' est et heretical'. decē p̄cepta legis sūt eui
dentia i lumine naturali. g̃ nō spectant ad
articl'os fidei/nec ex eis deducūt. Exhinc
rōnabilit motus fuit reuerēdissim⁹ magr
Petr⁹ de versa. exhibere scedulā quā tradi
dit. Alii vo dicunt/volunt q̄busdā hereti/
care/videāt ne ex errorib⁹ se inuoluāt tc

P c Et ex p scde ptis deductiōe sunt i/
ducte ɔ pmā assertiōez licitū ē vni
cuiq̄ tc. rōes i triplici q̄rnario tc.
Fundat pma sup huius aduerbii saigue.
maxime iam p̄strim/iā spēalit/gallice me si
nement. q: psupponūt vitatē illi⁹ qd̄ prece/
dit. Altera sup h̄ ɔplexo absq̄ mādato q̄cū
q̄ vel pcepto deducēdo ad ɔtradictiōnem
q: lex dei mandatū ē tc. Tercia sup intelle
ctu plano ac resoluto hui⁹ pcepti Nō occi
des. s. hoiem ppa volūtate. Sed vel iubē
te deo p reuelatiōez vel p pub... admi... stra
tiōnis admissionem. Matth. xxv. z. xxvi.
Oēs q̄ gladiū acceperint tc. Glo. ppa au
toritate tc. Unde lex occidit z nō hō Mi
hi vindictā tc. Quarta sup defectu iurisdi
tiōis vel iudiciarie ptātis in occidēte tyran
nū sicut ponit assertio Quis es q̄ iudicas
alienū suū tc. ad Ro. xi. ¶ Fundat pma rō
secundi q̄ternarii sup ɔdemnatiōe triū arti
culoꝝ hus z wiclef de pdicātib⁹ absq̄ mis
siōe. d popularib⁹ corrigētib⁹ ad libitū do
minos. et dñis bona eccl'iasticoꝝ rapiēti/
bus tc. qm̄ occi... in ca... assertiōis et pci⁹
facit q̄ i his casib⁹ trib⁹ fiat. Fundabatur
altera sup omi policia vera vel p̄tēsa/vt pu
eroꝝ sub magistro/z int se vt latronum vel
paganoꝝ/imo vt demonuz p statu p̄senti.
Mat. xx. vt oīm bonoꝝ q̄bus oia ordiate
fiūt. Est aūt ordo pariū dispariūq̄ reruz
vnicuiq̄ ius suū tribuēs iniq̄ nō vsurpās
Tercia sup ɔpatiōe tyrānidis ad heresim
z alia vicia deteriora ppter q̄ non veniunt
hoies passim occidēdi z quolibet et absq̄
mādato. Quarta et octaua ordie sup ɔpa
tiōe nō habēt autoritatē iudiciariā ad ha
bentē. sicut ē rex. q̄ quidē rex nō possit sine
iuris ordine nō monitū/nō vocatū/nō cō
uictū interficere. q̄ntomin⁹ g̃ cēsend⁹ est da/
re autoritatē implicitā vel interptatiuā al/
teri cui nō mandatū ē/ imo legib⁹ regis phi
bitū. Pro his loq̄tur fest⁹ Act. xxv. Et ni
codemus. xvii. et in lege. Qd̄ iustū ē iuste
exeq̄ris. ¶ Demū pma rō tercii q̄ternarii fū
dabat sup m'tiplici notorietate iuris aut
facti. que req̄rebat p q̄lib3 circūstantia seu
clausula h⁹ assertiōis /vt q̄ notoriū eēt talē
machinari tc. qm̄ ex incertis nullo pacto
pōt certa mors inferri. Et si nō pōt q̄s oc/
cidi ad testimoniū vni⁹ q̄nto min⁹ nulli⁹.
Altera q̄ hec assertio q̄ntūcūq̄ circūstan/
tionata nō pt hr̄e vitatē de puata psona ex
tra casum diuie reuelatiōis notorie vel casū
ineuitabil' necessitatis. sicut ex rōib⁹ aduer
sarioꝝ/ q̄s q̄dem pridē vidim⁹ satis ɔstat.
nec tamē casus iste necessitatis sp excusaret
Fundabat vndecima rō exaggerando q̄
hec assertio se p̄iudicialē ondit ad oēm ge
n⁹ hoim actiue z passiue. licz ɔtracte poni

videat᷑. Extēdit se ad papā/ad epos/ad ab
bates. ad p̄ncipes/ad patres/ad maritos/
ad sacerdotes/clericos/ppl'ares/ꝛ ad oēs
in cōi/patet ꝯsideranti qꝛ cuilibet tali dici
pōt. Tu es tyrānus vel machinabaris in
mortē dñi tui. Postremo ꝑ q̄rta rōe duode
cima i ordie ꝛ vltia/fiebat epilogus sic ar/
guēdo. Cōtradictoria hui⁹ assertiōis q̄ est
ꝑticularis vel singularis negatiua ē vera
ꝛ catholica/igit᷑ ista est falsa ꝛ nō catholi/
ca ꝛ ꝯsequēter heretica/qd̄ tenet ꝑ legē con
tradictoriā/ꝛ ꝑ dicta Arestoti. ꝛ Diony. ꝙ
veꝝ ꝛ bonū sunt ex oibꝫ circūstātijs. fal'suꝫ
aūt ꝛ malū ex vnica. antecedēs est manife/
stum in m'ltis casibꝫ/ vt dū occidēs nō ha
bebit sufficientē notorietateꝫ vt ꝓcedat ad
certā mortē nō moniti nō ꝯuicti ꝛc̄. vl' dū
pōt seruare iuramentū fidelitatis/vel ē sa/
cerdos. Et ꝓuideri pōt regi ꝑ alteꝝ vl' alio
mō ꝛc̄. Exclamabit h̄ aliq̄s ꝛ dicet/ poni/
mus casū necessitatis extreme. ponim⁹ ꝙ
oīa sunt notoria q̄ ꝓponunt᷑. Rn̄sio. Q, h̄
nō inuestigo qd̄ alij dicāt. ſꝫ q̇d ponit asser
tio/ ꝛ in q̇bꝫ terminis se regulat. Replica/
bit alter dicēs trūcata ē assertio. Rn̄sio/qꝛ
nec hoc ꝓnūc inq̇rit᷑ q̄uis nō desint testes
hic etiā p̄ntes oī exceptōne maiores ꝙ ni/
hil truncatū est ꝛc̄. Supsunt auctoritates
sctōꝝ supest m'ltitudo exēploꝝ ꝛ historiaꝝ
Q ¶ Sꝫ interī discurramus ꝑ alias octo as/
sertiōes ꝛ ad hec inducēda postmodū po/
nit itaq; scd̄a assertio sic. leges natural' mo
ralis ꝛ diuīa autorizāt vnūquēq; subditū
de occidēdo vel occidi faciēdo dictū tyrā/
num/dānat᷑ vt erronea in fide ac moribꝫ ꝛ
legibus naturali morali ꝛ diuīe iniuriosa.
¶ Deducit᷑ hec ꝯdemnatio ex radice q̄druplici/imo ꝙ est insana ꝛ sacrilega. Prima
qꝛ leges diuina naturalis ꝛ hūana ꝓhibēt
explicite ꝛ exp̄sse ꝙ nemo accipiat sibi ho
norē iudiciariū vel dñandi ius in iurisdi/
ctionē/ſꝫ q̇ vocat᷑ sicut Aarō. patet in ep'la
ad Hebreos. Nō igit᷑ autorizāt nō voca/
tū. alioq̇n supma lex. s. dissensiōis deus in
quo esset. Est ꝛ ꝯ ap'lm. Nec daret vnicui/
q; qd̄ falsuꝫ est/ꝛ sic esset sūma ꝑuersio mo
di speciei ꝛ ordīs/dicit lex. iudicioꝝ vigor
iuris publici tutela in medio ꝯstituta ē ne
quis de aliq̄ q̄tūcūq; sceleribꝫ implicito as
sumere valeat vltionē. Hec ē etiā lex puero
rū. Nota de bruto cur filiū occidit. Qui in
scio p̄ncipe/inq̇t lex/bellū gerit reus ē lese
maiestatis. Altera radix est qm̄ leges diui/
na naturalis ꝛ hūana ꝓhibēt ne idē sit er/
ga alteꝝ ps iudex ꝛ testis qd̄ soli deo ꝓpriū
videt᷑. Vn̄ dū ex officio ꝓcedit iudex ꝯ er/
rores q̇ sunt sicut leges lese maiestat'/pars
rea ꝯstituit᷑ ꝓmouēs vl' instigās tenēs lo/
cū ꝑtis accusant'. ꝓpt̄ea reprobari nō pōt
sn̄ia iudic' i causa appellatōis vel alit᷑ ipo
nō vocato vel audito. Ampli⁹ tercia radix
est qꝛ s̄m leges diuinā naturalē et hūanaꝫ
nemo dꝫ ex incertis causis ꝛ cōiectur'/vel
ex eis q̄ secrete gerūt᷑/sic̄ sunt machinatōes
ꝛ cogitatōes cordis publice puniri/p̄sertim
ad mortē. qꝛ cogitatōis penā nemo meret᷑
q̇ ad forū. s. p̄ntis vite. sec⁹ q̇ ad foꝝ ꝯscien
tie. Nemo (inq̇t lex) ad testimoniū vni⁹ mo
riet᷑. Demū q̄rta radix ē. quia nemo vellet
ꝙ a nō iudice suo dānaret᷑ ad mortē/p̄ser/
tim non vocatus/nō auditus/nō monit⁹.
Lex aūt natural' dicta ē et sūpta. Mat. vij
Oīa q̄cunq; vultis vt faciāt vobis hoīes
ꝛ vos eadē facite illis. vultis. glo. velle de/
betis. ¶ Procedam⁹ ad reprobatōꝫ tercie R
sil' et q̄rte assertionū. qꝛ cōnexe sunt ꝛ sic ha
bent/licitū ē vnicuiq; subdito honorabile
ꝛ meritoriū ꝛc̄. Et dicūt in sn̄ia. ꝙ q̇libꝫ ty
rannus p̄t et dꝫ occidi a q̄cūq; vilit᷑ et ꝑ in
sidias. et quō hec ē ꝓpria morsq̄ debēt mo
ri/occidere scilꝫ ita eos Assumit᷑ ꝓ repro/
batōe q̄druplex fundamētū/primū sumit᷑
ex causis condendi decretaleꝫ illā in ꝯcilio
lugduneñ. li. vi. ꝑ hūani. quaꝝ p̄ma est ne
q̇s christianus subito ꝛ īprouise moriat᷑ ī
ꝑiculū dānatōis et̄ne/qd̄ ibi dicit᷑ horrēda
inhūanitas detestādaq; seuicia Altera qm̄
oīs ptās tribuit᷑ a dño ad iusticiā rectūq;
iudiciū exercēdū Tercia qm̄ h̄ in xp̄ianita
tis obprobriū exit. Alteꝝ fundamentuꝫ ex
reprobatiōe insidiaꝝ/dū frater ꝑ mēdacia
aut ꝑiuria aut ꝑ finē illicitum. sicut notat
Tho. scd̄a scd̄e. q. de insidijs. vn̄ lex dic̄. ho
minē homini isidiari nefas ē Et Exo. xxi.
Si q̇s ꝑ idustriā ꝛ ꝑ insidias occiderit ꝓ
ximū suū. euelles cū ab altari meo vt mo/
riat᷑. Cōstat aūt ꝙ ī insidijs de q̇bꝫ fit hic
mentio ꝯcurrūt freq̄nt᷑ hec tria/mendaciū
ꝑiuriū. ac finis. s. subita mors et vilis alte
rius cui fides data erat. vn̄ et si q̄daꝫ p̄nt
esse insidie iuste. nō tn̄ iste attētis medijs ꝛ
fine ꝛ nō diffidatōe. Sumit᷑ aliō fundam̄
tū ex dictis sctōꝝ reprobātium in Judith
Hiero. et silibꝫ mendacia et fictōes falsas/
licꝫ ī eis collaudet᷑ zelus ad cultū dei et sa/
uatōꝫ populi. ꝛ oppositū sentire hereticuꝫ

est vt deducit Aug. ad p̄miū ⁊c̄. Demū p
q̄rto fundamēto sumit̄ descriptio tyranni
data ab assertōe. Tyrānus ē q̄ in republi/
ca nō iure p̄ncipat̄ vl' p̄ncipari conat̄. Cō
stat ei iuxta venerabilē Egidiū de rhoma
in suo de regimine p̄ncipū / et expientia lo
q̄tur / q̄ vix ē aliq̄s dñs q̄ nō tyrānus ī ali
q̄ iure vl' interp̄tatōe iudicet̄. Et ita debe/
bit actiue et passiue vilit̄ et insidiose p̄ sub/
ditos interfici Cui⁹ falsitatē deducit ozesi
ne sup q̄nto politicoꝝ / vbi Aristo. dicit q̄
S boni nō faciūt seditōem. ¶ Veniam⁹ cōse
q̄nter ad q̄ntā sextā septimā simul assertō/
nes. q̄ dicūt regē debere amare remunera/
re et gl'ificare talē mortē ⁊c̄. He tres sil' ex ī
cōueniēti quadruplici reprobāt̄ Primo q̄
dē q̄ rex teneret̄ amare remunerare ⁊ gl'ifi/
care pctā / q̄ iō positus ē in vindictā male/
factoꝝ. Non enī sine causa gladiū portat /
sicut dicit apl's. Vñ et si possꝫ ad tps dissi
mulare vindictā sicut fecit Dauid de ioab
nō tñ pōt absolute remittere culpā p̄ftim
in nō penitēte sꝫ pctm̄ iustificāte palā ⁊ in
eo p̄seuerāte / in scandalū subditoꝝ / q̄ iusti/
ficatio neq̄ in cayn / neq̄ in antiocho scele
ratissimo / neq̄ in iuda p̄fido inuēta ē / quia
dixerit peccaui. Ampli⁹ scdo q̄ rex p̄ has
assertōnes deducit̄ nedū ad pctm̄ mortale
ɔmittēdū sed ad heresim / dū dicit̄. q̄ tene
tur tanq̄ licitū laudabile ⁊ meritoriū ama
re remunerare et laudare id qd̄ d' se iniquū
e l. Et q̄ dicēte sapiēte Qual' ē rector ciui
tatis tales ⁊ habitātes ī ea. Et claudianus
ait. Regis ad exēplū tot⁹ ɔponit̄ orbis / se/
q̄ret̄ hereticatio oīm fere subditoꝝ. Atten/
dant hic oēs p̄ftim dñi cōmissarij q̄lit̄ hec
materia tangit p'les et magnos īmo maxios
q̄ regē cū toto clero suo, q̄b⁹ īponit̄ neduꝫ
heresis sed q̄ sunt heretici / dū coꝝ sentētia
p̄ nō catholica reprobat̄. q̄ det'miare falsā
doctrinā p̄ vera neq̄t fieri sine p̄tinacia. vt
deducit Ockam quarto p̄me. Rursus ter
cio includit̄ hic blasphema ɔparatio de mi/
chaele ⁊ phinees / quasi michael occiderit
luciferꝫ sine mādato dei ⁊ p̄cepto q̄cunq̄.
Silr̄ et phinees ip̄m zambri. q̄ꝫ partꝫ op/
positā ratē ex rōe q̄ et epl'a Jude de michae
le / q̄ nō est ausus inferre blasphemiā ⁊c̄. et
de phinees Numeri. xxv. Vñ si phinees
occidissꝫ licite sine mādato adulteꝝ vl' ido
latrā zambri cur nō silr̄ tūc et nūc alter idē
posset. Sic argueret̄ de moyse respectu li/
tigantiū. Deniq̄ notat̄ vt ex assertōe tercia

sicut etiā res se habꝫ / q̄ hec pestifera doc̄t
na multiplicata ē p̄ pp'los ⁊ regna sub epi
stolis et p̄ positōib⁹ has assertōes ɔtinenti
bus. ¶ Deducam⁹ p̄pterea falsitatē octaue T
assertōis ad intellectū ponētis. q̄m si lice/
at vnicuiq̄ iudicare de lege diuia / vt de il
la. Nō occides. ⁊ eā interp̄tari f̄m epikeyā
suam et ɔsciam. relinq̄ndo planū rotūduꝫ
ac solidū sensum positū p̄ doctores sctōs
epick. et ɔscia q̄libet poterit scripturā ītel/
ligere sacrā alit̄ q̄ sp̄ūsscrūs efflagitet. qd̄ ē
heresis f̄m descriptōeꝫ Hiero. Et he incō
ueniētie ɔsequunt̄. Primo q̄ poterit q̄libꝫ
interp̄tari p̄ceptū illd̄. Nō furaberis. Sic
inuētus ē vnus dogmatizās q̄ p̄ nutritō
ne pueri bone indolis ad eruditōeꝫ theolo
gie vel vtilitatē reipublice poterit rapi pe/
cunia a diuite. alij q̄ licebat ɔmittere vsu/
rā p̄ subleuatōe paupeꝝ. alij q̄ symoniā p̄
necessitate eccl'ie. alij q̄ rapinā p̄ fundādis
eccl'ijs vel hospitalib⁹. nemo aspiciens ad
malū ⁊c̄. Ampli⁹ scdo idē arguit̄ de h̄ p̄ce
pto Nō mechaberis. q̄ diceret aliq̄s rex vl'
p̄potens. steril' est vxor mea recipiā alterā
ne successiōe defrauder heredis. Et per ideꝫ
faciet p̄ multiplicatiōe p̄lis ad cultuꝫ dei.
Rursus tercio ɔtingit idē circa p̄ceptuꝫ
h̄. Non mētieris. Mentiar inq̄t aliq̄s vt
saluem p̄ximū vel meip̄m a morte seu dā/
no seu vitup̄io. Mentiar ad salutē alioꝝ
corp̄alem vl' sp̄ūalē. Mentiar vt licēti⁹ p̄/
dant̄ impij tyranni vl' heretici. imo et ɔfes/
sionē reuelabo ne p̄dant̄ reliq̄. Postrēo lice
bit etiā sic p̄entes occidere ī senectute ne lā
gueant diuti⁹. sic occidere seip̄m ad euitati
onē indigentie futuris vel stupri vl' ī ptu
meliaꝫ dei. sic fuerit tps dū oīs q̄ interfici
ebat x̄pianos arbitrabat̄ se obsequm̄ p̄sta
re deo Joh. xvi. ⁊c̄. ¶ Aduertitis aūt q̄ la/
te patear hec ruina si cuilibꝫ nō f̄m legē vi
uere sed de lege iudicare licuerit. ɔ illud de
cretū vulgatū. Eius ē interp̄tari cui⁹ ē cō
dere legē. Et illud Aug. de v̄a religiōe. dis.
iiij. c. In ip̄is tp̄alib⁹ legib⁹. vbi dicit q̄ dū
institute sunt leges nō licebit etiā iudici de
eis iudicare / sꝫ f̄m ip̄as / vnde fatemur sen/
sum legis nō verba facere sensum l'ralem /
sed de sensu p̄iti diffiniūt / nō q̄libet p̄ seip̄o
Deniq̄ cū ex solo sensu l'rali scripture sumi
tur efficax argumentū solidū / si l'ralis sen/
sus scripture in aliq̄ falsus diceret̄ ⁊c̄. ¶ Tā V
dem reprobet̄ assertio nona. q̄ ī scedula mi
nus dānata ē rigide in casu societatꝭ iura/

mēti heretica est/sacrilega ē, pniciosissima
est. Primo q̄dem q꞉ piuriū ꝭm gen⁹ suū(si
thome credit̄)grui⁹ ē homicidio, qm̄ est im
mediatius ꝯ deū ⁊ ꝯ p̄ceptū p̄me tabule.
Cedit insup in' subuersionē grauiorē toti⁹
reipublice dū vinculū eius qd est iuramē/
tum/rumpit̄ ⁊ dissoluit̄. vn̄ iuramentū est
oīs ꝯtrouersie finis ꝭm apl'm. Porro si p/
det deus oms qui loquunt̄ mendaciū/ita
q̄ nulla adiectōe pōt licitū fieri, q̄d de piu
rio censebimus iudicandū? Negek rō Au/
gustini q̄re mendaciū nō recipit cōpensati
onem vt fieri licitū possit. Rursus exēplis
sacre scp̄ture docemur. iiij. Reg. ⁊ Paral'.
in fine. q̄ Sedechias cū toto pp'lo iudeo
rū ideo pemptus est/q꞉ nō tenuerit pactū
cū idolatra nabuch. seductus p sacerdotes
dicentes, q̄ cū idolatra pfido ⁊ tyrāno fe/
dus initū nō tenebat ex q̄ erat sine fide. Ex
emplū aliud ē de Symeō ⁊ leui q̄bus iā
maledixit pater/q꞉ fregerāt pactū cū sychi
mit̄ initū. Exemplū aliud apud gentiles
de Regulo ⁊ Fabricio ac multis sil'ibꝫ de
quibꝫ loquit̄ Cicero. iij. de officijs. Notet̄
quid recitet tpe hānibalis de duobꝫ remis
sis p Romanos. Exemplū de pfidia Car
thagineū. q̄ subuertit eos quibꝫ dictū est. p
q̄s de⁹ iurabit ⁊ vbi? Exēplū de fide mili
tū/de fide mercatorū/de fide Johis regis
frācie/⁊ alioꝝ quotidie sine nūero/ꝯstat ser
uasse ⁊ hodie seruare ꝯfederatōes ⁊ vera iu
ramenta/nedū in p̄iudiciū tempale sui vl'
suoꝝ/sꝫ etiā in p̄iudiciū vite pprie/qd ē vl
timū p̄iudicioꝝ tpaliū. Nota de lōbardis
Nota de lothrīgis q̄ reducerent̄ captiui a
suis si fugerēt. Deniqꝫ q̄rit̄ si ꝯfederatus d
quo loquit̄ hec nona assertio/poterat ꝭua/
re iuramentū suū nō occidendo vel occidi
faciendo tyrannū illū cū q̄ iuramentū ⁊ fe
dus habebat? ⁊ si sic tenebat̄ illud obꝭua/
re/cū nō cederet in p̄iudiciū aīe sue vel salu
tis eterne. Si ꝓo nō potuerit obꝭuare cō
sequet̄. Primo q̄ tenebat̄ de necessitate sa/
lutis tyrannū illū sibi ꝯfederatū vl' occide
re vel occidi facere/qd improbatū est p̄us
q꞉ nō erat iudex eius vt supponit̄ ⁊ q꞉ iu/
dex etiā obꝭuare fidē hosti dꝫ. Sequit̄ p̄/
terea q̄ talis p̄sentiēs illū eē tyrānū/dignū
morte cui nec ꝭuāda fides erat ꝭm eū/iura
uit in mēdacio ⁊ in dolo malo. Vn̄ l'ralis
intellectus plan⁹ ⁊ grossus apud oēs isti⁹
p̄cepti Nō piurabis q̄ est oē iuramentum
deliberate ⁊ licite factū/tenēdū ē etiā vsqꝫ
ad p̄iudiciū mortis tpalis/qm̄ plus tenet̄
obꝭuare fidē suā q̄ est q̄dā integritas ⁊ ꝟgi
nitas aīe q̄3 corpus ppriū vel alienū ⁊ est
ordo rectus charitatis. ¶ Promiseram⁹ in/ X
ducere rōes cū autoritatibꝫ et hystorijs sū
mabimus illas. plures itaqꝫ ꝯtinet̄ scda se
cūde. q. v. et. q. viij. in Aug. et Hiero. Plu
res in sūma cōfessorū sup his vocabul' bel
lū, homicidiū, insidie piuriū. Sctūs tho
mas ad idem scda scde. q. lxiiij. mult̄ arti/
culis ⁊ q̄stione de insidijs/⁊ q̄stione de iu/
ramēto. Itē. q. penul. scdi. Itē li. i. c. vij. de
regimine p̄ncipū ad regē Cypri. determi/
nās hāc q̄stionē ex intentōne/fundās se in
hac auctoritate Petri. Serui subditi esto/
te in oī timore dn̄is nō tm̄ bonis ⁊ mode/
stis sꝫ etiā discholis. Exēplificat de m'ltis
romanoꝝ impatoribꝫ sub q̄bꝫ xp̄iani passi
fuerūt spōte/licet eos potuissent occidisse.
vt patet de sacra legione thebeoꝝ Sarre/
burieū. Insup q̄ ab alijs distorte vel trūca
te allegatur. facit p dictis libro. iij. ca. xvi.
vbi dicit q̄ tyrann⁹ ē q̄ vult ꝯ leges dn̄ari
Et li. viij. c. xix. tradit q̄ nullus q̄ntūcūqꝫ
tyrānus etiā notori⁹ et intolerabil' interfi
ciendus ē ꝯ iusiurandū/neqꝫ p venenum.
Exēplificat de dauid respectu saul. Et tā/
